00079873

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

00079873

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ.
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΟΚΤΩ,
HERODIANI
HISTORIARVM LIBRI OCTO,

E RECENSIONE
HENRICI STEPHANI,

CVM
VARIETATE LECTIONIS
TRIVM CODICVM MSS.,
NOVA BERGLERI VERSIONE,
NOTIS VARIORVM
ET
INDICIBVS VERBORVM AC RERVM,

79873

CVRANTE
THEOPHILO GVILIELMO IRMISCH,
ART. MAG. LIPS. GYMNASII PLAVIANI RECTORE.

TOMVS TERTIVS.

LIPSIAE,
SVMTIBVS E. B. SCHWICKERTI,
CIƆIƆCCLXXXXII.

EPISTOLA.

Cum nuper per litteras minabar colloquium Tecum, Scheeli Dulciſſime, aliquod longius: non poteras, credo, quale innuerem, ſatis ſuſpicari. Sed en fidem manifeſtam. Debui Tibi hoc, ut nomine inſcriptum Tuo prodire *Tertium* Herodiani Operis *Tomum* iuberem, propter beneficium, quo me ſuperiori anno afficere voluiſti, dum latentem apud me inde a diſceſſu ex hac urbe ſchola que Tuo librum, mutuo que a Te ſumtum ad perficiendos in Herodianum labores, ita donabas, ut ſub remiſſa ſchedula, quam pro pignore dederam Tibi comitem, ſignares haec, „*Stephani Theſaurus Gr. L.* nactus eſt nunc Irmiſchium dominum, ita volente domino priore.“

Quam benevolentiam, eo gratiorem mihi, cum nec expectaſſem, nec cogitare unquam eſſem auſus, etſi Tu quidem libenter etiam ſoles ſine teſtibus beneficia tribuere, contentus ipſo facto excelſo eius que conſcientia, quae per ſe eſt recte factorum merces dulciſſima, tamen nolui ego ſolus ſcire, ſed ita palam profiteri, ut agnoſceres, me Tui animi amoris que magnitudinem intelligere non tantum atque metiri animo, ſed nec tacere, et, quanquam levidenſi, tamen aliquo certe munuſculo referre cogitaſſe. Qui enim aliud, ex arca petitum, reſpuere videbaris, maxime, cum noſſes, qui ſcholae ſint hic terrarum magiſtri, divitiis non laborare, hoc tamen, ex ingenio profectum, eo libentius accipies, quod longa praedicatione ruborem Tibi non exprimat, ſed, ſimplici hac brevi que gratiarum actione defunctum, ſtatim aliam Tibi rem praebeat cogitandam atque contemplandam.

Ut enim, qui epiſtolis ſcribendis utiliter tempus impendunt alii, ſubinde capita quaedam doctrinae tractando invicem ſeſe oblectant: ſic et Tecum ego hic collocuturus coram aliis multis que, experiar aliquid ſuper *Critico* atque *Philologo Obſervatore.*

Argumentum vides, Amice, nec ineptum libro edendo, et natum ex ipſo, quem adhuc tractabam, labore. Scilicet, qui in Opere Herodiano efficere volui duo, *primum*, ut textum graecum darem vel iam correctum, vel olim corrigendum, *deinde*, ut verba dicendi que formulas non modo explicarem, ſed et, unde orta utraque, oſtenderem, idem duplicem perſonam illam induere coactus ſum, ut agerem et *Criticum* et *Philologum.*

Et in prima quidem parte, quae *critica* eſt, facile perſpicis Tu, conveniens eſſe ac neceſſarium hoc, ut videat editor aliquis lector ve, utrum locus aliquis corruptus ſit, nec ne, tum, quomodo emendandus, ſi vitium pateat.

Enim vero huic vitii corruptionis que ſenſum ut, aliis, qui libros auctores que veteres vel legerent, vel edendos curarent, defuiſſe interdum, ab aliis creditum eſt atque declaratum: ſic et ipſe in tractando ſcriptore meo compertum habeo, defuiſſe eundem ſenſum quoque iis, qui Herodianum yel inde a multis ſeculis legerent, vel a multo usque tempore ederent, etiam Latine converſum darent.

Quam vere id dicam, ſi documenta quaeris: reperies per Notas tum priorum Tomorum duorum, tum tertii huius. Quin enim dures laborem illum legendi Notas noſtras, non dubito, qui dudum adſuetus es laboribus moleſtis perferendis, partim in ſchola mihi ſocius quondam doctiſſimus, partim in munere deinde alius generis publico.

Reperies ergo, ubi nemo antea vel Editorum, vel Commentatorum, vel Interpretum, nec vetus Politianus, nec novus Berglerus, in loco aliquo haeſerit, vel vitii quid deprehenderit; cum tamen vel monitus a Mss. noſtris, vel ſolus oculis meis viderim ego, adeſſe quid, quod rectum nequeat eſſe, — Aut, ſi qui alii, corruptam lectionem videntes, emendarent deinde, quomodo vicinius emendatam cupierim, — Aut denique, ſi alii corruptelam quandam proderent, quam ego contra nil tale conceſſerim, ſed, ſalva omnia eſſe, contenderim, allatis ubique cauſis.

Talium locorum quo minus omnia et ſingula Tibi hic ſeparatim per numeros ſubiicerem, impediverunt anguſtiae temporis, quibus circumſcriptus nunc conſignare debui hanc ad Te epiſtolam. Dubius enim antea redemtor Operis, utrum proferret *Tomum* hunc *Tertium* ſimul cum *Quarto*, an ſigillatim, monuit me ſubito de Praefatione, *Tertio* Volumini praefigenda aliqua. Ibi cum ſudarem in *Indicibus*, ad totum Opus Herodiani conficiendis: non potui percurrere Tomos omnes iterum, ut conquirerem iſtorum generum trium, ad criticam partem pertinentium, loca.

Illud quidem vel ſic agnoſces, Vir Doctiſſime, quicunque iſta critices genera tria exercere ſuſtineat, eum debere 1) univerſe noſſe, quid rectum, quid pravum, h. e. in Graeco quidem ſcriptore aliquo, quae ſit putetur ve Graecitas antiqua ac proba, — 2) videre

poſſe, an ſumtus quis ad tractandum ſcriptor ad eam tanquam regulam accommodarit ſeſe.

Id vero ut videre quis poſſit: haec videris Tu mecum requirere, ut teneat 1) acumen, et facultatem hanc, qua cernas facile et celeriter, quid adſit, — 2) ſubtilitatem illam, quam dixerimus cogitationem altam profundam ve, e Vernaculo illo *Tieſſinn*, ut plus cernas in re quadam et aliud quid, quam alii, et quod alii nondum creverunt, — 3) fortitudinem litteratorum ſ. litterariam, quam nominamus, atque animum adeo hunc, non levem et inſtabilem, ſed conſtantem ac pertinacem, quaſi que durum et ferreum, ut in legendis ac cogitandis verbis utatur tarditate, mora et patientia, nec moleſtiam quandam detrectet in verbis contemplandis, et in cogitatione ac mente figenda veluti in illis diutius; cuius virtutis pars quaedam exiſtit ex illa, quam vulgo dici ſcis *attentionem*, ut in una tantum re mentem defixam teneas, caeteris nunc quidem relictis ac ſpretis. His que tribus animi viribus ornatus qui ſit in tractando *critica ratione* auctore ſuo, eundem credes hauddubie et Tu conſecuturum hoc, ut omnia perpendat, omnia conſideret, nihil effugiat, nihil praetermittatur.

Verum recte monueris, Scheeli Amiciſſime, memor illorum, quae *in Epiſtola ad Fratrem in Tomo Secundo* diſputata ſunt, illis virtutibus prolatis in parte hac *critica* accedere debere aliam hanc, quae propria eſt artibus omnibus. *Ingenium* ſuggeris, audio, et facultatem animi iſtam, qua cernimus, quid ſimillimum vocibus et elementis quibusvis, adhuc per vulgata exempla repertis, aut a Ms. praebitis. Nam et haec ſubinde depravata meminiſti, quae Mss. afferant, et in his tamen latere novam veram que lectionem; cuius generis exemplum, in recenti memoria haerens mihi adhuc, e Tomo Tertio indicare Tibi potui 7, 10, 4. p. 815. in πολλὴν, quod in non diſſimile πολλῶν emendandum cenſebam.

Hactenus igitur imaginem propoſui Obſervatoris *Critici*, ut iudicares, quid ille videret, quibus que uſus praeſidiis, per *binas* illas quidem iudicii critici partes priores.

Namque in *tertia*, cum aliorum correctionibus obnitimur atque repugnamus, quanquam requiritur potiſſimum animus conſtans alius generis, ut non ſtatim deſerantur reperta recepta que dudum nec, ſi Mss. nova quaedam proferant, tamen et caeteris opus eſſe, facile intelligis, virtutibus propoſitis. Quis enim dicat, alios ubique acute creviſſe, aut poſteriorem aliquem editorem non potuiſſe

plus prioribus vidiſſe, aut ſuperiores cogitandi adhibuiſſe vel tempus longiſſimum, vel ſummam patientiam?

Sed vis quoque, Scheeli Dilectiſſime, alteram, quaſi e regione pendentem, contueri imaginem illam Obſervatoris *Philologi*? Accipe ergo has iſtius partes ac veluti functiones.

Omnino videat ſentiat que, quid auctor quisque det quovis loco, cum in verbis, tum in enunciatis.

Quoniam autem verba ſunt vel priva, vel iuncta: in utroque genere hoc aliquid cerni oportet.

Et in *privis* quidem ac ſingulis vocibus animadvertet, quae notiones iis ſubiectae ſint ubique; quoniam cuique vocabulo ſua eſt quaedam vis, ſua ſententia, ſua res, quam ſcriptor aliquis cogitat, et quam lector auditor ve cogitare quoque debet, et interdum quidem una duntaxat et ſimplex, ſed interdum multiplex et varia, tum vel propria, vel tropica, item perſpicua certa que, ſed et dubia atque ambigua.

Quarum notionum cognoſcendarum cum dentur praeſidia multa: tum illa ſunt utique certiſſima et firmiſſima, quae petuntur e contextu et locis his, ubi explicatio quaedam ſubiicitur, vel iis, quae ſcis Tu dici vulgo *parallela*. Illuc igitur oculos mentis corporis que flecti decebit.

Sed de verbis *iunctis* et phraſibus, quas uſurpari ſolenni vocabulo noſti, quoniam conſtare ſolent pluribus orationis partibus, ad minimum que duabus, et, exempli gratia, aut ſubſtantivo cum ſubſtantivo in regimine, aut ſubſtantivo et adiectivo ſeu epitheto, aut nomine ſubſtantivo et verbo, quod proprie appellamus, actionem quandam vel perpeſſionem continente, aut denique ad haec adiunctis vel praepoſitionibus, vel adverbiis, caeteris particulis, ut interiectione illa, item ſubſtantivo aut adiectivo cum praepoſitione, aut, inverſa ratione, praepoſitione cum ſubſtantivo, item cum adiectivo, porro adverbio cum ſubſtantivo, per figuram illam *hyphen*, multis que aliis generibus: quid horum omnium ſingulis occurrat locis, ſpectabit et conſiderabit, quem fingo hic, Obſervator.

Neque tamen in ſola hac verborum deſcriptione et ratione haerebunt oculi, verum et in *ordine*, quo ſeſe voces ſequantur iunctae formulae que dicendi.

Recordaris enim, qui ſint in ſcribendo elegantiores, eosdem orationem *variare* diverſis locis, ne faſtidium oriatur atque ſatietas; unis iisdem que ſaepe et iterum proferendis, ut que copia quaedam in-

genii] emineat, et voluptas non ingrata e varietate loquendi excitetur.

Itaque ut facimus id tum in ſingulis vocibus, tum in eloquendi rationibus phraſibus que: ſic et commutamus orationem, ordine partium aliter inſtituendo, ac locandis partibus omnibus alio modo atque alio. Is que modus cum pendeat ab arbitrio ſcriptoris cuiusvis, et ab ingenii felicitate, ubertate atque amplitudine: apparet, quia cuique homini attributa eſt ingenii facultas et veluti menſura ſua, et quia cogitandi ratione locandi que orationem quisque utitur ſua, apparet igitur, in quovis ſcriptore ordinem talem, quoad vel ſingula verba, vel iuncta aliis, diligenter eſſe contemplandum.

Enimvero dabis, Suaviſſime Scheeli, etiam hoc, illam videndi diligentiam pertinere ſimul ad *enunciata*, quae ſupra ponebam, ſeu mavis *enunciationes*, quibus cogitas mecum illas dialecticae propoſitiones, partibus conſtantes iſtis vulgatis, ſubiecto, copula et attributo ſeu praedicato.

Eiusmodi enunciationes ſecum deinceps iunguntur vel merae ac nudae veluti, inſtructae que tantum neceſſariis illis ſuis ac ſolitis rebus et numeris, vel per periodum, eandem que vel ſimplicem, vel compoſitam. Licebit enim per Te quoque, adhiberi repeti que vulgaria haec ac trita, quoniam ſine his non bene procedat, quae via et ratione inſtituitur diſputatio.

Eſt ergo, cum unam complexi animo ſcriptores aliquam enunciationem atque propoſitionem, divulſis a ſubiecto copulis attributis que, per interiecta membra ſuſpendunt et amplificant, tanquam aediculam illam in conſecrando Romanorum imperatore, quae referta intus ſarmentis odoribus que, implentes atque exornantes, aut, ubi egreſſi ſunt velut e loco certo, per ambages ac longum iter, e deverticulis, in quibus haerebatur aliquamdiu, tandem illuc venientes atque conquieſcentes, quo voluerunt ab initio.

Contra autem, non contenti una enunciatione ſola que, cum res offerunt ſe menti ſimul multae, multas iidem ſcriptores coagmentant et quaſi conglutinant enunciationes, cumulatis in unum que coactis locum rerum temporibus, modis, cauſis, tanquam exſtruentes aliquod palatium, ut reges ac opulenti, et, ſicut in Romanorum imperatorum aula palatina, praeter varias diaetas atque concamerationes, additis foribus ianuis que cum anticis, tum poſticis, *protaſin* et *apodoſin* putas me digito quodam demonſtrare, et quendam Ianum bicipitem biforem ve, aut comparaturi et conſcripturi exercitum ali-

quem ingentem, ubi unum corpus agmen que conſtituant vel Homerici ordinis, vel quodvis aliud, praecedens et ſequens a tergo, etiam quadratum ſubinde, ac quale Maximinus Thrax apud Herodianum 8, 1, 4., in medium coniectis atque collocatis, quae impedimenta ſunt hominum, iumentorum et vehiculorum.

Atque etiam in hac periodorum ſtructura, quarum praecipuum genus eſt Graecis Latinisque per participia, varietas incidit tanta, ut praeceptio ſuper ea re non valeat univerſa; ducitur que omne ſtruendae periodi artificium minus a magiſtri voce ac regulis, quam a naturae ingenii que modo, magnitudine et bonitate; quanquam hoc non eſt diffitendum, eſſe compoſitarum et longiorum periodorum inventum ſeriorum rhetorum atque oratorum, et, ut quisque ſcriptor ſit vetuſtiſſimus, ita minus adhibere periodos compoſitas, longiores ſaltem et inſtructiores, ſed potius periodos ſimplices atque enunciationes ſingulares, quas et inter ſe plerumque priſci aevi ſcriptores, nominatim hiſtoriarum, iungunt mera copula, et Graeci ſuis καὶ, τὲ et δὲ, cauſis deinde ſeparatim ſubiunctis, nec in periodo praemiſſis, interdum vero coniectis in mediam orationem, et periodo innexis ſimplici.

Iam, quem tradimus Obſervatorem, nonne iubebimus intueri hanc periodorum totam compoſitionem, modum rationem que? Non, ut ipſe diſcat orationem ita conformare ſuam? Non, ut alios eandem doceat et aperiat, ubi quidem res fert ita? Memineris Tu, Scheeli Doctiſſime, qui vel per Herodianum noſtrum dubitarent de ſerie ac ratione nectendi cogitata et enunciata. Ibi tum tacere quis editor debeat? Fortaſſis vero is, qui aeque ignarus ſit, ac qui dubitationes movent ac litem. An potius demonſtret, non eſſe, cur dubitetur aut reprehendatur, cauſam idoneam?

Et quanquam haec doctrinae pars videtur eſſe potius rhetoris, quam philologi, et eius, qui de ſenſu verborum exponit atque anquirit: tamen a philologi nomine ac munere nec iſta res ſeiungi poteſt, ſi verum quaeritur, quoniam ſenſus totius loci alicuius inveſtigari ſaepenumero nequit atque explorari, niſi cognita periodi ſeries et ſtructura iuſta legitima que.

Et haec quidem valent omnia de auctore aliquo bono et claſſico, cuius ſcribendi genus ita iam eſt probatum, ita que commendatum ab idoneis iudicibus, ut nihil in eo quisquam, quod culpet, ſanus ſi ſit, habere poſſit atque proferre, ſi ab his diſcedas, quae, veluti maculas leves, humani ingenii imbecillitas ac negligentia quae-

dam vel optimo cuique allevit atque adſperſit. Ibi igitur brevis eſt Obſervatori noſtro praeceptio haec et univerſa, qualis in Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Iſocrate et Demoſthene, aliis, ut, oculis quaſi deterſis, videat, quid horum quisque hoc vel illo loco voluerit ponere, qua notione, qua ſyntaxi, qua cogitatorum ſerie, etiam forte, quid cuique exciderit caſu, aut naturae impulſu, aut vitae generis conditione, aut patriae moribus coeli que temperie, peculiare ac proprium.

Sed ain Tu, Vir Amiciſſime, non eſt aliud etiam ſcribentium genus, aliud agmen, ſaeculum aliud? Maneo hic modo in proſaicis, cum in poëtis Obſervatori, quem ſaepe commemoro, ſint alia quoque curanda plura, quae haec huius temporis diſputatiuncula non capit. Maneo adeo tantum in Herodiano meo, ex illis uno, qui auctores optimae aeque notae, ac paulo deterioris, item primarum aetatum non minus, quam poſteriorum, imitantur et ſectantur, ſed praeterea habent ſua quaedam, undecunque adſcita atque repetita.

Igitur Obſervatoris *Philologi* dico, fortaſſis et Tua e ſententia, equidem eſſe hoc, ut cernat, qualia ſint cuius que generis iſta, quae talium ſcriptorum habet unusquisque, et nominatim Herodianus quid ex auctoritate uſu que atque exemplo veterum vel recentiorum auctorum, quid ex ingenio et analogia, cum Graeca, tum Latina, quid e civitatis Romanae indole et inſtitutis, quid denique prorſus peculiare atque proprium.

Verum enimvero, ut quaedam horum faciles ad videndum reperiendum que concedunt aditus, unde exierint veluti et fluxerint, ut per Lexica et Indices, quid debeatur auctoritati vetuſtae, tum, quid moribus Romanis, per libros ſuper Antiquitatibus: ſic contra non facile expeditum que invenias negotium in caeteris.

Etenim, quantum et quam moleſtum eſt illud, ut videas, quid Herodianus dederit de proprio! Quae memoria requiritur, quam capax, quam fidelis, ut conſcius Tibi ſis dicas que, hoc aut illud nondum dictum, nondum adhibitum ab ullo! Quot ve libri conſulendi, ut cernas, neminem antea hac notione, hac rectione, verbum uſurpaſſe aliquod! In primis, cum conſtet, multos multis temporibus interiiſſe auctores, nec ad noſtram usque veniſſe aetatem, a quibus paris aevi aliquis recentior ve mutuatus ſua eſſe poſſit.

Amplectere porro mecum, Scheeli, Corculum meum, illam analogiam, ut noris, quantum ſit corpus, quam que vix animi viribus di-

metiendum omnibus. Volumus autem nomine hoc ſimilitudinem, qua finguntur nova vocabula, ſubiiciuntur vocibus notiones, et conflantur phraſes, id que aſſumendo vel eandem linguam, in qua talia fiunt, vel aliam atque peregrinam, pro lege veluti et pro exemplo forma que.

Iam, quam iterum difficile eſt ac laborioſum, cognoſcere et reperire, quae Herodianus per talem poſuerit analogiam! meminiſſe aut quaeſiviſſe, qua e Latina voce petens, ſignificationem aliquam tribuerit Graecae voci ſuae! meminiſſe aut quaeſiviſſe, quam Latinam phraſin mente reſpiciens, uſus ſit Graeca phraſi ſua!

Tamen, quam effigiem Obſervatoris utriusque propoſui ſic aliis, Te, Scheeli Praeſtantiſſime, ſumto iudice arbitro que, eam informatam animo meo gerens mecum, et ipſe ſtudui exprimere atque referre per Notas et Excurſus ad Herodianum, proferens ibi partim neceſſaria et utilia ad intelligendum ſcriptorem ipſum, partim vero et alia, obſervata illa vel ab aliis, vel a me, et pertinentia, quatenus philologiam nunc cogito praecipue, ad verborum tum notiones, tum rectiones, quae poſteriores fere complectuntur ſimul ſummam phraſium.

Quod quanta accuratione, quanta que pertinacia ac patientia fecerim, palam eſt, etiam illud, quam nemo poſtea ſecuturus ſit exemplum hoc, ſed porro alii contemturi. Faciant id per me, quibus libet.

Ego vero laetor ex animo, confectum eſſe ac profligatum laborem, dei que ſummae benevolentiae finem hunc refero cum gratiis ſummis. Te autem, Scheeli Eximie, confido venire in ſocietatem et laetitiae et pietatis. Sed, pro mercede aliqua de conceſſo ita benevole Stephano ad abſolvendum Opus, ſignifico primo Tibi in extrema parte colloquii Tecum dulciſſimi haec, *Quartum* Operis *Tomum* cum maxime agitari prelis quidem, ſed neſciri, quo ſit anno exiturus in publicum. Mole tamen videtur minor reliquis futurus, etiam propterea, quod ſatiatus ſum omni ex parte, et quod totus in Opere labor fere eſt ingratus et ſterilis.

Solabor me conſcientia recte utiliter que facti, et paucorum vere cernentium ac ſentientium plauſu, tum in longinquitate locorum atque terrarum, quibus ſeiuncti vivimus, Tuae et memoriae et amicitiae perpetuitate, quam Tibi vel palam hic rurſus obſtringo, etiam quoad votorum aſſiduitatem pro Tua Tuorum que proſperitate omnis generis.

Scripſi Plaviae Variſcorum ultimo Ianuar. CIƆIƆCCLXXXXII.

Ἡρωδιανοῦ τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱστοριῶν

Βιβλίον πέμπτον [a].

Ὅπως μὲν δὴ ὁ Ἀντωνῖνος ἦρξέ τε καὶ ἐτελεύτησε, δεδήλωται ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι [b], ἥ τε πρὸ [c] τούτου ἐπιβουλὴ καὶ διαδοχή [d]. γενό-

Herodiani de imperio poſt Marcum

[a]Liber quintus.

Quomodo Antoninus imperaverit et obierit, declaravimus in ſuperiore libro, tum et antecedentes inſidias, ac
2. dein ſucceſſionem. Cum

a) In Ms. Ba. liber novus ita, minio quidem, inſcriptus eſt ἡρωδιανοῦ ἱστοριῶν πέμπτη. *Mart.* ſicut in libris ſuperioribus, nec diſcedunt edd. a tituli, ibi propoſiti, ratione. b) Colon in Ms. Ba. ut punctum in A. cum Bs. 2. c) πρὸς τοῦτον ἐπιβ. Ms. Ba. v. N. d) Colon in Bss. al., in μὲν quidem et δὲ relatis, ut ſupra.

ὅπως) Liberrimus P. per totam §., ut Bg. in oppreſſis μ. δ. iterum, cf. 4, 11, 12. ſed ex illo ad δεδ. per aliam perſ., e ſuppletis ἡμῖν ſ. ὑφ' ἡμῶν, cf. 2, 1, 1. 3, 1, 1. quocum ἐν τῷ πρὸ τ. βιβλίῳ δεδ. variatur in ſubſt. ſyn. ut in rel. locis per ordinem, coniecta quidem in medium hac enunciatione δεδ. — συγγρ.

ἥ τε πρ. τ.) Quo refers hoc πρὸ τούτου? Ad τὸ τελευτῆσαι. Sed qui ante τὸ τελευτῆσαι locum habet ἡ διαδοχή? Igitur aut illud πρὸ τούτου delerem, aut ante vocem διαδοχὴ aliquid ſupplerem: Hoc vidiſſe Berglerus videtur, qui ita vertit, ut legimus, quaſi ἡ ἐφεξῆς διαδοχή. *Leisn.* Forte ἥ τε τοῦ πρὸ τούτου ἐπιβ. Severum deſignat et inſidias, quibus patrem ſenem filius impius ſuſtulit. *Reisk.* Menda eſt in praep. πρὸ, quae ex antecedentibus τῷ πρὸ τ. συγγρ. irrepſit, et ſi vel maxime locum habere poſſet formula ἡ πρὸ τ. ἐπ. κ. δ. quod tamen non poteſt, ieiuna foret eiusdem πρὸ τούτου repetitio. Vocem ἐπιβουλὴ autem non ſolum active, ſeu cum genitivo eius qui inſidias ſtruit, ſed etiam paſſive, ſive cum gen. eius cui ſtruuntur, uſurpari, patet cum ex loco Iuſtini Martyris ἡ τοῦ Διὸς ἐπιβουλή, tum ex ipſo Herodi., ſupra l. 4. c. 14. (§. 4.) de eadem re dicente: οἱ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ Ἀντωνίνου συνωμόται. *Stroth.*

Quanquam P. non reddebat πρὸ τούτου: tamen in ſuo Cod. habuerit, quia, praeter edd. libros, etiam Mss. Ve. ac Vi. tacite referunt, exprimit que Bg. per adi. Lat. ſyn. cum illo ad prius πρὸ τ., non ſuſpicatus quidem depravationem, at haud dubie ambabus amplexurus lectionem Ms. Ba., quae veriſſima olim edetur ob has cauſas, quia ſic retinetur praep. (quae verecundia in elementa textus criticum ſeverum decet,) tum eiusmodi praep., quae latet non modo in figura ductu que vulg. (cum πρὸς ſic per compendium olim ſit ſcriptum,) ſed etiam ſaepe cum vulg. confuſa eſt, cf. 2, 1, 19. 1, 10, 4., porro (praeter confuſam in pron ultimam litteram ν cum υ, cf. 4, 8, 12. 16. et indo ortum accentum alium,) quia ſubſt. ἐπιβ. ponitur non tantum cum aliis praep., ut

μενος δὲ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ ὁ Μακρῖνος, ἐπιστέλλει τῷ τε δήμῳ Ῥωμαίων καὶ τῇ συγκλήτῳ, λέγων τοιάδε [e].	perveniſſet autem Antiochiam Macrinus: mittit literas ſenatui populo que Romano, dictitans huiusmodi quaedam:

e) Colon in Par. 2. al. cum Ms. Bg.

cum ἐκ ap. Ael. V. h. et Xen. Bach., ſed etiam cum ſyn. εἰς in N. T. Act. 23, 3. et ap. Ael. V. h. (tropice, de re quidem et cum gen. rei ſimul 11, 4, e.) it. cum κατὰ ib. et ap. Phil. p. 758. D. e. it. Ind. Dion. H. S. T. 1. cf. ſupra 1, 10, 1. ſed et adeo cum illa Ms. hic ap. Luc. 3, 414. l. 48. ἐπιβουλὰς καὶ μίση παρὰ τῶν πενήτων ἀναγκαῖον ἐγγίνεσθαι πρὸς ὑμᾶς, fieri *non poſſe*, quin *inſidiae* et *odia* contra *vos* concipiant *pauperes*, pro ſeveris, *omitto* dicere, *quam* ſ. *ut* neceſſarium *ſit* et *inſidias* et *odia* apud *pauperes innaſci*, oriri, *contra vos*, (cf. abſolute N. T. Act. 20, 3. Rs. Or. V. 4. Dem. Iſ. Pan. Mor. p. 107. i. ſed cum aliquo adi. ib. ſect. 46. i. Thuc. Xen. Ἀνβ. it. cum gen. rei, ut obiecti, Rs. Or. V. 7. Ant. ſed cum gen. perſ., ut auctoris, N. T. Act. 9, 24. 20, 19. at, tanquam obiecti, ſupra 4, 14, 4. tum per phraſin, ἐπιβουλὴν τοιαύτην ἐπιβουλεύειν Rs. Or. V. 6. et Ienſ. L. L. ut in rem criticam et confuſionem Ind. Thuc. in N. cum Abr. Dl. Xen. Hell. Diod. S. et Polb. cum Addend. p. 136. a. m. D'Orv. Ch. p. 34. e. 509. e. Schw. ad Onoſ. p. 31. N. 3. p. 114. N. 4. ap. Rs. Or. V. 2. p. 35. And. N. 33. V. 3. p. 269. e. V. 5. p. 219. 565. N. 19. e. Mor. ad Iſ. Pan. p. 124. N. a). Ita nec opus eſt altero Leisn. adv., quod Bg. ſupplevit perſpicuitatis ergo, ut P. aliud, cf. 4, 9, 3. unde Bg. in ſq. γεν. cum pr. ἐν, cf. 4, 1, 4.

ἐπιστέλλει — λέγων τ.) i. e. *bis verbis*; ſaepiſſime autem λέγων de epiſtolis adhibetur, ut a noſtro ſupra l. 4. c. 15. (§. 16. ubi v. cui ad variandum hic additur pron. τοι.) ab Hierocle in Ἀστείοις, etc. eodem que modo adhibetur a Luca 1, 63. a pleriſque interpretum h. l. male intellecto. *Stroth.*

τῷ τε δήμῳ) num forſan τῇ τε συγκλ. καὶ τῷ δ. P.? praeſertim cum totius epiſtolae argumentum ad ſenatum potius, quam ad populum pertinere videatur, ac Herodianus alias ſemper ita ſcribere ſoleat. *Stroth.*

Cuius ordinem alium, praeter Angl. ap. Heyn. H. 4, 1065. e., refert quidem et Bg. e P., more forſan Lat. et libere, cum libri taceant omnes, nec lapſus ſcribarum videatur probabilis, ſed Noſter hic et 2, 14, 1. ὁ δὲ δῆμ. καὶ ἡ συγκλ. λ. variarit ad exemplum vel Gr. ſcriptorum, cf. Thuc. 543, 69. δῆμος μέντοι ὅμως ἔτι καὶ βουλὴ ἀπὸ τοῦ κυάμου ξυνελέγετο, *veruntamen* et *populus* et *Senatus* rel., vel Lat., cuius generis poſtr. modo habui haec, tum e poëta Ovid. Met. 10, 638. poſcunt *curſus* populus *que* pater *que*, ubi nec Gier. monet de ordine ſolenni, quem ille deſeruerit metri cauſa, it. ib. Faſt. 4, 293. gravis *cum* plebe *ſenatus*, it. Virg. G. 2, 509. *plauſus* — plebis *que* patrum *que*, tum e proſaico Lampr. in Alex. Sev. c. 63. i. p. 1033. m. populus *vero* Romanus *ſenatus* que *omnis* rel. Caeterum in argumento epiſtolae huius a Noſtro diſſidet Capit. in Macr. c. 6. T. 1. p. 755. ubi v. N. 5. Caſ.

„Ἐν[f] εἰδόσι μὲν ὑμῖν[g] τοῦ τε „βίου μου[h] τὴν ἐξ ἀρχῆς[i] προ„αίρεσιν, τοῦ τε τρόπου τὸ πρὸς „χρηστότητα ἐπιῤῥεπὲς, καὶ τὸ „πρᾶον τῆς διοικηθείσης προ-

3. *Apud vos gnaros quale fuerit vitae meae inde a principio inſtitutum; quae animi ad benignitatem propenſio, quae manſuetudo in adminiſtrato*

f) εὖ εἰδ. Bc. *Leisn.* in m. A. quod et reperi in Pat. v. N. g) ἡμῖν A. 2. mendoſe, etiam, quod comma poſt ὑμ. habent Bs. 2. L. al. h) βίου μοῦ ſic cum circumflexo Ox. et Ed. v. N. i) τὴν ἐξαρχῆς πρ. Ms. Ba. una voce cf. 1, 4, 12.

ἐν εἰδόσι) Leisn. in m. Ox. „l. εὖ, (ſed in m. Ms. Bg.) l. ἐν εἰδ." dum bene Sch. in praep. ſubiicit hunc etiam locum ad notionem pro Lat. *inter*, ſed tamen in v. εἰδ. tenet ed. Bc. „εὖ, ſatis *gnaris*" deceptus forſan a P., qui liber non modo in rel. per hanc §. ſed etiam per additum illud adv., quia tamen in extrema §. hac oſtendit *apud vos*, a Bg. recto poſitum loco, et per Lat. ad praep. Gr. aeque rectum in formula ſolenni, per variationem aliquam maxime ducta e Thuc. 119, 9. μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος, quia *apud* vos *rerum* gnaros *prolixiore oratione* uti *nolo*, cui loco Ind. v. ἐν e. add. 271, 61. τί ἄν τις πᾶν τὸ ἐνὸν ἐκλέγων ἐν εἰδόσι μακρηγοροίη; cur *nam* quis *omnia mala* — apud *homines* rerum *gnaros* colligens, *oratione* prolixa *utatur*? ſed cum alio verbo ib. 425, 43. ἀποφανοῦντες ἐν εἰδόσιν, ὅσα ἀδικεῖ, apud *vos*, qui *probe* noſtis *omnes* eius *iniurias*, ubi etiam in Vs. libere additum adv., ſyn. iſti P., cf. cum v. λέγειν Dion. H. S. T. 2. 186, 26. et p. 15. e. in περὶ συνδ. ὀν., ap. ed. Upt. p. 122. e. per vitium in textu et Vs. ἐν εἴδεσι λέγων, cum *dicam* in *genere*, et Iſ. Ev. 277, 25. cum ſyn. phraſi ἐν εἰδόσι ποιούμενοι τοὺς λόγους, ubi etiam male W. in Vs. ſed recte in Annot. 565, 21. cum Fd. p. 4. ſq. N. 12. O. M. A. V. 7. p. 412. Abr. ad Aeſch. 1, 32. et p. 639. e. ubi Noſter obiter reſpicitur, ſed ſine particip. εἰδ. quidem, at cum v. eodem λεγ. et pr. ἐν, Ind. Rs. Or. V. 7. Ant. Xen. M. S. Cyr. v. ἐν Nr. 2. et Bach. ad Sy. 4, 25. it. cum v. εἰπεῖν ap. Iſocr. 52, 11. et Luc. 3, 198. l. 48., de ἐν pro *inter* cum aliis verbis, Ind. Ariſt. Kuſt. Fi. The. b. e. Rs. Or. V. 6. cum V. 5. p. 327. N. 38. et Dem. v. ἐν extr., at cum affini ſubſt. aliquo, ἐν ὑμῖν ἦσαν οἱ λόγοι Rs. Or. V. 8. And. v. ἐν, ſed Dion. H. l. l. 189, 36. ἡ γὰρ ὑπόμνησις, ὡς ἐν εἰδόσι, tum per ſyn. praep. ib. 192, 6. τῶν πολλῶν ἱκανὰ τεκμήρια, καὶ ἅμα πρὸς ἐπισταμένους, it. ap. Long. Mor. 30, 1. e. μὴ καὶ περιττὸν ᾖ πρὸς εἰδότας διεξιέναι, et Ioſ. 2, 49. ſ. 5. m. τὸ ψεύδεσθαι παρ' εἰδόσιν αἰσχρὸν ἦν, contra Abr. ad Aeſch. Prom. V. v. 440. non me adhibituro illud ib. v. 1039. εἰδότι μοὶ τάσδ' ἀγγελίας — ἐθώϋξεν, ſed ſyn. ap. Dem. 1011, 14. τί ἂν ὑμῖν μακρολογοίην; quo de v. add. Ind. 158, 12. cum Rs. Or. V. 8. Din. et Iſ. Pan. Mor. p. 47. l. 5. ſed de noſtro μακρηγ. abſolute ap. Luc. et Dion. H. T. 1., pro Bg. libere mutato v. in adi. et ſubſt. me potius reddente *ſupervacuneum* puto *multis dicere* ſ. commemorare.

τοῦ τε β.) Mutatam orationem in pronomina duxit Bg. partim e P., qui liber in addito adi. ὅλου ſ. παντὸς ad β. cf. 3, 12, 7. et adv. *inde*, cf. 1, 11, 9. e., cum aliis quoque, v. Ind. Dem. v. ἐκ, ubi ſeparantur voces, ſed, loci numeris omiſſis, 227, 14. in textu ipſo ὁ τιθεὶς ἐξαρχῆς

„τεϱον πϱάξεως, οὐ πολύ τι *antehac officio, quod non*

Σόλων, una etiam, ut hic in Ms., voce, it. in rel. locis Ind., non item in illis v. ἀϱχ. ubi et formula haec interiecta reperitur intra artic. et ſubſt. (ut a Noſtro per analog.) cui add. 233, 14. 247, p. Ind. Ael. V. h. y. ἐκ et ἀϱχ. it. Luc. cum L. N. T. Schw. Iſ. Pan. Mor. p. 19. i. 34. m. 120. m. (quo ſolo loco editum etiam una voce,) it. Phil. p. 749. E. e. F. 758. F. i. 763. C. m. ſed in adiunctam formulam τοῦ β. μ. πϱοαιϱ. per Lat. eadem Bg. e P. cum variatione per ordinem Dem. Ind. τῇ πϱοαιϱέσει τοῦ β. ſed alio ſitu artic. ap. Diod. S. 1, 84. l. 90. τὴν ὁμοίαν τοῦ β. πϱ. *eandem* vitae *rationem*, (ap. Krb. Decr. Ath. p. H. p. 403. m. *idem* vitae *inſtitutum*,) ſed ſine artic. ex ordine Noſtri ap. Alc. ep. p. 178. i. cum N. Bg. et ap. Poll. 6, 177. vitae *inſtitutio*, variante Noſtro pro 2, 5, 16. βίῳ καὶ πϱοαιϱέσει, loco illius hendiad. per rectam orationem, cf. ſyn. formulas ap. Luc. 1, 656. l. 6. σπουδαιοτέϱαν τὴν πϱ. ἐν τῷ βίῳ, vitae *genus*, et ap. Stp. Th. 1, 201. B. „πϱ. τὴν κατὰ τὸν βίον, inſtitutum *vitae*, (qui ib. hinc poſt P. Vs.) non minus commode per verbum reddetur: *quomodo* iam *inde a principio* vitam *inſtituerim*“ me quidem reddente hic ſeverius: *apud vos* quidem, *qui* noſtis *vitae* meae *ab* initio *inſtitutum*, ſed ad ſq. τϱοπ. pro hoc *morum meorum*, (hic ap. P. monſtrato,) tamen probante magis dilucidius illud Bg., cf. 1, 2, 3. Exc., quod de ſuo Noſter copulat cum τὸ ἐπ., ſecutus in hoc adi. pro ſubſt. et cum ſumta praep. analogiam, cf. Luc. 2, 67. l. 99. σὺ δ' — πϱὸς οὐδέτεϱον ἐπιῤῥεπέστεϱος, *tu in neutram* partem *propenſus*, Zoſ. 1, 18, 5. τῶν στϱατιωτῶν εἰς τὸ νεωτεϱίζειν ἐπιῤῥεπεῖς, it. 4, 44, 4. Ἰουστῖνα — ἐπισταμένη τὸ Θεοδοσίου πεϱὶ τὰς ἐϱωτικὰς ἐπιθυμίας ἐπιῤῥεπὲς, Iuſtina *quum* Theodoſii *pronum* ad *amores* animum *noſſet*, Suid. ἐπ., ἐπικλινόμενος, non coll. ad Heſ., tum Stp. Th. e Bud. C., (de que v. ἐπιῤῥέπειν Ind. Hom. Theogn. et Palaeph.) ſed in rem ipſam et Macrini ingenium lene Xiph. S. 439, 30. ſecus ac Capit. c. 12. T. 1. p. 765.

πϱάξεως) ſcil. ἐπαϱχίας τῶν στϱατοπέδων: infra (§. 14.) ait οἱ ἐκ μετϱίων πϱάξεων. *Stroth.*

Sic ap. Sch., partim e P. „poteſtatis *adminiſtratae*. Sb. praetorianae ſcil. praefecturae“ ubi per analog. Noſter, ſicut in τὸ πϱ. cum τῆς δ. λ., (quem gen. mutat Bg. e P. in formulam ſyn. e praep., cf. 2, 14, 13. et in tempus v. δ. variatum 2, 10, 4. e.) ita et in notione ſubſt. πϱαξ., per ſing. numerum nominatim, forſan e Dem. 232, 22. (quanquam ſuper h. l. aliter Rs. Ind. it. V. 10. p. 462. e. cum Harl. p. Cor. p. 101. N. 23.) aut e Lat. *actus*, cf. G. Th. 220, 71. it. e Gr. plur. πϱάξεων, quo reſpexerit Stroth., cf. Ind. Dem., quae nituntur notione eadem illorum ſyn., tum ſubſt. πϱάγματα, tum v. πϱάττειν, uſurpari pro agere et adminiſtrare remp. et munus publ. crebro, maxime ap. Xen. quum oppon. λέγειν, cf. de ſubſt. noſtro πϱαξ. in vulgaria in primis L. N. T. Suic. Th. Heſy. cum N., Ind. Hom. et Theogn. v. πϱηξ. ſed πϱαξ. Soph. Ai. Call. Thuc. Rs. Or. V. 7. Ant. Xen. Cyr. cui add. 1, 6, 25. Luc. Fi. Theo. it. Hs. Plut. et Fa. Aeſ. ſed ſine Ind. ap. Iſ. Pan. Mor. p. 19. m. 22. i. 33. m. p. ſq. i. 93. m. 101. e. 103. e. 131. e. it. Ioſ. 2, 409. l. 7., cum adiuncto affinis ſubſt. πϱήξιες ἔϱγων D'Orv. Ch. ſed cum affini verbo πϱάττειν πϱάξεις Rs. Or. V. 4., tum per varia ſimul Ind. Polb. cum Rs. ad eundem, et in exquiſitiora, etiam in partem deteriorem, Rs. Or. V. 8. And. et 4. cum Eur. Valck. Hipp. Ael. V. h. Fi. Pal. Xen. Ἀναβ. Abr. ad Aeſch.

„ἐξουσίας καὶ δυνάμεως βασι-
„λικῆς ἀποδεούσης[k], (ὅπου
„γὲ[l] καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς
„τοῖς ἐπάρχουσι τῶν στρατο-
„πέδων πεπίστευται,) πε-
„ριττὸν νομίζω μακρηγορεῖν.

ita multum ab auctoritate et
potentia imperatoria abeſt,
(Quandoquidem ipſe impera-
tor praefectorum exercitibus
fidei commiſſus eſt,) ſupervaca-
neam arbitror longam oratio-

k) In Ms. Ba. non ſunt ſigna ( ) ſed modo commata. *Mart.* ut in A. et Bſs. l) τὰ Ms. Ba. v. N.

F. 1. cum Suid. et in rem criticam et confuſ. Diod. S., at in rem praeſentem, ad definiendam que notionem, cf. tum mox ſq. τοῖς ἐπαρχ. τῶν στρατοπ. tum 4, 12, 1. ſq. Caeterum Leisn. notarat in m. Ox., praeter illa Sch. e Sb. Ind., quoque haec „Theod. Marcil. in Suet. Tit. c. 4. p. 70. ſq."

οὐ πολύ τι) Diximus de poteſtate ea aliquid ad 1, 9, 24. Addi iterum poteſt Guther. de offic. dom. Aug. l. 2. c. 1. ſq. *Boecl.* Hinc praefecti praetorio dignitas Zoſ. 2. eſt ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα, et Eunapio de vit. philoſ. βασιλεία ἀπόρφυρος, v. Guther. (d. l.) 2, 1. p. 311. *Leisn.*

Cf. in hanc rem quidem ſupra ad 1,8,2. cum Caſ. ad Vop. Car. p.797. a. 1. ſed in Bg. de ſuo ad τὸ 2, 15, 3., qui ſeverius hic, quam 4, 3, 15. οὐ π. τι τῆς Ῥώμης — ἀπολειπούσας, quocum variatur h. l. per v. aliud tropicum, ubi Bg. e P., cf. ib. it. Bud. C., qui haec duo v. et ipſe comparat, Stp. Th. cuius conſtructiones varias reperi quoque, cf. Suid. non coll. ad Heſ., Vig. Thuc. Ael. V. h. Luc. Dion. H. S. T. utr. et Fi. Aeſch. ubi et alio ſenſu, pro ligare, quo de v. Heſy. cum Ioſ. In adiunctis ſubſt. omittens P. unum, cf. 3, 1, 14. e., deſeritur a Sch. in „δυν. potentiae *regiae* et *poteſtatis*, ἐξ. poteſtatis *imperatoriae*" reddente Bg. accommodatius ad pr. πραξ., cui attribuuntur iſta ſubſt. a Noſtro per peculiarem rationem e copia ſyn., ſi non ad analog. Lat., cf. G. Th. 970, 79. *vis* omnis *ac* poteſtas *deorum*, et l. 87. *imperium* aut *poteſtatem*, cf. l. 82. 84. it. 64. manſuetus *et* miſericors *in* poteſtatibus *fuit*, cum p. ſq. l. 92.

ὅπου γὲ) Ita rationatur Macrinus: *officium* praefecti *praet.* non *multum* ab *auctoritate* et *potentia* imperatoria *abeſt.* Nam *ipſe* imperator *eius* fidei *commiſſus eſt.* Sed vide, an recte rationetur. Quotnam alii homines ſunt, quorum fidei principes ſubinde creduntur, qui tamen ad auctoritatem principum nullo pacto accedunt! *Leisn.*

Sane ſpecioſam modo cauſam videas hic, et ex parte tantum veram, ſed toleratam tamen etiam a Per. de Praet. p. 596. e. „quin immo Praefectura haec ap. Herodi. 5, 1. dicitur *non* multum *inferior* poteſtate *ac* potentia *Imperatoris*; at quare? *Quia* ſcil. *et ipſe* Imperator *Praefectis* cohortium *ſeſe* permittere *debet* ſ. *ſolet*, πεπίστευται" cf. p. 832. ſed ſupra 3, 5, 9. e. in confuſum τὲ Ms. Ba., qui et contra 1, 15, 7. e. 2, 6, 3. pro τὲ ferebat γὲ, poſt ὅπου, in notione cauſae, ſolenne, atque a Bg. e P. recte ſervatum, pro *ſcilicet*, ſed ab aliis neglectum, qui et nimium dant, reddentes privum ὅπου cum Bg., cf. ſupra 2, 10, 13. Stp. Th. Ind. Hs. Plut. cum N. ad p. 24. Gs. ad Luc. ſine Ind. 1, 201. e. Euer. Met. 9, 1. ſed cum Bg. lenſ. L. L. p. 276. e. it. Ind. Xen. Z. Cyr. cum ὅπου ſolum iſta notione Ael. V. h. Bauer. Or. Thuc. Rsm. ad Dev. cum L. N. T. ſed, cum

„ἴϛε γάρ με [m], καὶ οἷς ἐκεῖνος „ἔπραττεν, οὐκ ἀρεσκόμενον, „καὶ προκινδυνεύσαντα [n] ὑμῶν [o], „ἐν οἷς πολλάκις ταῖς τυχού- „σαις διαβολαῖς πιϛεύων, ἀ-

4. nem. *Noſtis enim, me ea, quae ille faciebat, haud pro- baſſe: ac pericula ſubiiſſe pro vobis, dum ille ſaepius quibus- vis calumniis credens, incle-*

m) Hoc comma et illud poſt ἐπρ. fuit quoque in Bs. 2. L. cum Pat. ſed modo poſt ἐπρ. in A. al., ut nullum utrinque in Stp. rel. n) προϛκινδ. Par. 2. Ox. et Pat. mendoſe. o) Colon in Ms. Ba.

γὰ ſimul Long. Mor. et Dion. H. S. T. utr. et περὶ συνδ. ὀν. ed. Upt., at ὅπου ſenſu vulgari, in loco, Suid. Thom. M. Soph. Ai. Call. Lyco. Aeſch. ep. S. et ſitu exquiſito Xen. Ἀνβ. „ὅπου μὴ, niſi ubi" ſed in locum, pro *quo* ſ. *quorſum* Theogn. v. 993. Harl. Dem. p. Cor. p. 483. N. 10. ubi et in rem criticam et Var. L. ὅποι, ut et ap. D'Orv. Ch. tum ὅπου περ Dion. H. l. l. T. 2. cum Hs. Fa. Aeſ. et ὁπουοῦν Xen. M. S. ubi et pro *quo pacto*, ut de tempore, pro *quando* ſ. *ſi*, ej. Cyr. ex 2, 3, 18. Fi. Pal. S. ep. Aeſch. et Iſ. Pan. Mor. In ſq. variatur pro 4, 12, 1. ἐπάρχοντες τοῦ ϛρατοπέδου hic per plur. pro ſing., quem P. libere adhibet, cf. 2, 5, 3. 3, 10, 10. Tum in v. πεπ. e P. plene Stp. Th. 3, 143. A. e. ſed partim Periz. ante, in paſſ. per act. cum pron., at Bg. partim, quoad formulam Lat., ſed magis e Stp. ad m. P., pro ſevero *creditus eſt* ſ. *creditur*, cf. ad ſq. περιττ. cum inf. ſupra §. 1. ad ἐν εἰδ. e Long., ubi et oppreſſum hic v. ſubſt. erat adiunctum, Luc. 1, 517. l. 49. it. 759. l. 63. cum N. T. 2 Cor. 9, 1. cf. Lexx. (ubi et τὸ π. pro ſubſt., ut Ind. Xen. Bach.) ſed cum v. νομ. forſan e Lat., cf. G. Th. in Pol. *ſupervacuum* non *putat* oportere *dici.*

ἴϛε) Praeter libera P. rel., etiam additum pron. cum particula καὶ αὐτοὶ deſerit Bg., et ipſe tamen omittens primum καὶ, relatum ad ſq. καὶ, pro τὲ — καὶ, cf. in eius ad ἀρ. 3, 11, 6. et ſimile ap. Herdt. 212, 33. οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ λ. cf. 317, 35. at in orationem contractam Exc. ad 1, 4, 2. p. 831. e., dum ad προκ. ſeverius P. retinet (omiſſo tamen adv. πολλακ., huc translato e ſq. membro) Stp. Th. una cum „*periclitatum* pro *vobis*, ſ. veſtri tuendi cauſa" quo de Suid. πρ., γενικῇ, pro *aliquo* periculum *ſubeo*, ſine χρήσει, cf. Ind. Sb. it. Dion. C. 774, 38. Xen. Bach. Rs. Of. V. 8. And. Dem. ſed cum pr. ὑπὲρ ib. V. 6. 8. Lyc. Dion. H. S. T. 1. Poſſ. Call. Iſ. Pan. Mor. cui add. cum adv. p. 72. i. πολλάκις ἰδίᾳ προκινδυνεύσαντας, ſed cum dat. perſ. Thuc. ſine Ind. 49, 50. cum Abr. Dl. p. 74. m. et Bau. Or. ſed abſolute alio ſenſu Polb. it. Long. Mor. cum Luc. 2, 560. i., ad P. praepoſitionem addente Sch. „*ante* periclitatum *veſtri cauſa*" dum ſenſus videtur et Macrinus dicere, ſe cum vitae periculo ſenatum defendiſſe et excuſaſſe apud Caracallum, etiam forſan eo, quod non ſenatores aut omnes aut crudeliſſima ratione, e iuſſu eius trucidaret per Praetorianos gregarios; in quam rem tamen aliunde nihil habui.

ἐν οἷς) Noli cum Kuhnio ad Ael. V. h. 9, 4. (p. 576. N. 10.) credere, ἐν οἷς eſſe (per ſe) adverbialiter accipiendum pro ὅτε, i. e. *quum* ſ. *dum.* Locutio eſt elliptica. Supple χρόνοις, (quae ipſa allita erant ad m. Ox.) et verte, *noſtis* me *pro* vobis *pericula ſubiiſſe*, quando *ſaepe* quibusvis *credens* calumniis, *incl. v.* tract. *Leisn.*

„Φειδῶς ὑμῖν προσεφέρετο[p]. κάμὲ[q] μὲν κακῶς ἠγόρευε, καὶ „δημοσία πολλάκις τὸ μέτριόν „μου[r] καὶ πρὸς τοὺς ἀρχομένους „φιλάνθρωπον διαβάλλων, καὶ „διασκώπτων εἰς ῥαθυμίαν[ſ]

mentius vos tractaret. Ac me quidem vituperabat, etiam publice ſubinde moderationem meam et erga ſubiectos humanitatem traducens, et cavillans in ſocordiam et ingenii levita-

p) Comma in A. al. q) καμὲ ſic in Ms. Ba. ſine leni ac iota, ut in A. 1. ſed κάμὲ cum leni in A. 2. et Bs 1. L., at nobiscum in rel., cf. 4, 8, 15. m. 4, 14, 19. e. r) μετρίον μοῦ Lugd. vitioſe. ſ) Cum iota in una ed. Lugd. cf. 3, 2, 1.

Ibi Kuhn. noſtra reddiderat „noſtis *enim*, me — *pro* vobis *pericula* ſubiiſſe, *dum* ſaepe *levibus* credens *calumniis* gravius *aliquid* in *vos* conſulere *non dubitavit*“ retinente hic Bg. e P. particulam Lat., quae, par ad ſenſum illi Leisn., ſic excuſabitur, quod formulae tales ellipticae per liberam Vs. et brevitatem converti poſſunt in adv. ſ. coniunctionem, ut ipſe fecit Leisn. cum aliis, cf. 1, 8, 12. m. ἐν ᾧ, et Exc. ad 1, 4, 2. p. 833. i., tenente L. Boſ. illam ellipſin, cf. p. 383. e., quae tamen non ſimplex eſt et una in formula noſtra, dum, pro loco ac contextu, ſupplentur etiam ſubſt. πράγμασι ſ. τόποις, cf. ib. Boſ. it. L. N. T. Schw. p. 477. a. m. (ubi p. ſq. N, 1. non bene. „Sic alibi, ubi non comparet verbum εἰμὶ, ἐν οἷς ponitur pro *quo in ſtatu*. Herodi. 5, 1, 4. ἐν οἷς — προσεφ. *quo* in *ſtatu* rerum *quibuslibet* calumniis *fidem* habens, *vobis* non *parcebat*“) cum Fi. p. 810. e. Bud. C. 1345, 31. p. ſq. l. 16. ſqq. (unde Stp. Th. brevius 2, 1502. B. m., noſcens ib. 1, 1200. D. m. formulam modo de perſ., ubi deſit ſubſt. ἀνθρώποις) Ind. Dem. cui add. 231, 13. 233, 5. 310, 19. 21. 314, 26. 318, 26. ſq. 321, 8. 332, 15. 550, 17. ſq. cum Phil. p. 759. B. m. In rel. hic P. rurſus liber in additis, tum pron. ἐκεῖνος, cf. 4, 13, 19., tum comparativo adv. cf. 4, 15, 15. ut in Bg. ad τυχ. 1, 3, 15. 4, 6, 5. ſed in πις. per variationem cum alio adv. 1, 13, 14. et in πρ. cum ἀφ. 4, 7, 6. ſed de Caracalli crudelitate in ſenatum ſupra 4, 6. et Xiph. S. 429, 29.

κάμὲ) Immanem quaſi libertatem P. uſurpavit per §. totam, qua reſpicitur 4, 12, 3. ſq. per variationem etiam in formulis, maxime in v. διασκωπτ. cum εἰς per analog., quod v. reperi modo praeterea cum acc. perſ. in Sb. Ind. e Xiph. ſed in paſſ. de re ap. Xen. Cyr., iungente noſtro de ſuo v. διαβ., quo de act. cum pr. εἰς cf. 4, 12, 4. et cum acc. rei add. Ind. Dem. 234, 20. et ſimul cum adv. 233, 5. ſed cum pr. πρὸς 85, 1. 1435, 2. it. cum alio v. 1023, 3. 229, 2. 26. 95, 23. 110, 23. 94, 27. 102, 5, 125, 14. ſed ſeq. ſyn. 191, 9. 11. cf. cum pr. πρὸς Abr. Dl. Th. p. 635. Luc. Diod. S. tum in alia Munth. p. 167. m. ſed cum adverbiali ψευδῆ Ariſt. Eq. v. 64. ut proprie phyſice que, pro disiicere, diſſipare Miſc. O. N. T. 6. p. 492. et pro tranſire Rs. ad Polb. p. 130. m. In τὸ μετρ. per analog. cum gen. pron. Stp. Th. 2, 906. G. m. „*modeſtiam* et *humanitatem*“ clam e P. hinc modo, tropico ſenſu, pro μετριότης, (cf. Krb. Obſ. Rs. Or. V. 8. Lyc. Xen. Cyr. Diod. S. Iſ. Pan. Mor. et Fd. Ev.) quo reperi adhuc ap. Sb. Ind. e Zoſ. 3, 19, 9. e. 4, 57, 2. 5, 40, 1. et Luc., at hinc ſine Vs. ap. L. Boſ. Ell. p. 131. e. „Herodianus τὰ ἤθος omittit“

„καὶ τρόπων χαυνότητα [t]. κο-
„λακείαις δὲ χαίρων, καὶ τοὺς
„εἰς ὠμότητα [u] παροξύνοντας,
„τῷ τε θυμῷ τὸ ἐνδόσιμον αὐ-

6. *tem; contra vero cum aſſen-
tatoribus delectaretur, crudeli-
tatis hortatores, qui ve furori
eius alimenta miniſtrarent, et*

t) Colon in Stp. rel. cum Ms. Bg. u) ὠμότητας Ms. Vi., praeter vitioſum ſpiritum, v. N.

ſed phyſico Xen. M. S. e 3, 13, 5. Long. Mor. et Geop. et τὰ μέτρια Thuc. Rs. Or. V. 4. 6. Dem. cum Harl. φ. Cor. Xen. Z. Pol. et M. S. e 2, 6, 22. Aeſch. ep. S. et Fi. cum Gem. Pl. cui adiunctum hic per copiam ſyn. quandam (cf. Iſ. Fd. l. l. ante) ſq. φιλ., quod, ignoratum ita a Stp. Th. pro ſubſt., (ap. Sch. „*humanitatem* erga *ſubditos*“ adiunctis ſic πρ. τ. ἀρχ., quae P. omiſerat,) tenebam tantum e Luc. Ind., at τὰ φιλάνθρωπα e Rs. Or. V. 4. Dion. H. S. T. 1. Ioſ. Diod. S. cum 2, 240. N. 53. Krb. Decr. R. p. I. p. 222. m. it. Rs. ad Polb. p. 172. e. cum Ind. Ern. τὰ φ. πρὸς λ., per eandem adeo cum noſtro praep., ubi variatur pro 2, 13, 16. e. τῆς ἐμῆς φιλανθρωπίας, ubi ap. Thom. M. p. 896. diſerte, φιλανθρωπία, — καὶ τοῦ βασιλέως περὶ τὸν ὑπήκοον, καὶ τῶν ἀρχόντων πρὸς τοὺς ὑπὸ χεῖρα, dum h. l. ap. Noſtr. τοὺς ἀρχ. in praefecto praetor. intelligi oportet non ut in imperatore, ſed de militibus maxime, qui ei parebant et ſubiecti erant, cf. 3, 11, 2. Sed in Ms. Bg. correxi ſtatim *lenitatem* ad τροπ. χαυν. ubi variat Noſter tum pro §. 3. τοῦ τρόπου per plur. (cf. 1, 2, 3. e., Exc., etiam in Lat. Bg. pro quo P. ſeverius retinet Stp. Th. 3, 1637. C. m.) tum pro 2, 15, 4. ὄντα τὴν γνώμην χαῦνον per ſyn. ſubſt., iungens de ſuo χαυν. cum τροπ., reperiente me phyſico ſenſu id ſubſt. ap. Xen. Bach., ſed tropico, ut hic, praeter Stp. Th. ex Ariſtot., etiam ap. Zoſ. 1, 36, 4. διά τε μαλακίαν καὶ βίου χαυνότητα, *propter* mollitiem *vitam* que *remiſſiorem*, pro quo hic potius capio de ſimplicitate ac ſtoliditate pro que Dem. 70, 19. διὰ σκαιότητα τρόπων, cf. ſupra 2, 15, 4. et in Lat. Bg. 2, 7, 13. cum G. Th., qui ignorat cum ſubſt. *ingen.*, cf. tamen Ind. Liv. et Amm. M. it. Cl. Cic. cui add. Tuſc. 5, 36, 104.

κολακείαις χ.) Aliquoties iam monui, dictionem Herodiani profunda notabili que philoſophia refertam, morum que praeſertim notione inſignem eſſe; ſicut h. l. adulatorum calumnias, quibus affectus principum incitare conſueverunt, deſcribit. Idem autem propoſitum tribuit Conſtantio ſuo (Amm.) Marc. l. 15. c. 15. (ed. Ern. c. 5. e. p. 5[illegible]. e. *magniloquentia* ſufflabatur *adulatorum*,) tales que aſſentatores ſ. delatores *tartareos* vocat c. 16. (Ern. c. 6. i. p. 52.) quem ſcriptorem vel propterea nomino, quia *artes illas ſycophanticas aſſentatorum aulicorum* in praecipua parte ſui operis deformare voluit. *Boecl.*

In δὲ P., pro γὰρ iterum, cf. 4, 12, 13., ut 3, 14, 9. in Bg., qui illum deſerit quoque in rel., reiecto ſupplemento ἐκεῖνος, ſed mutato illo in ſubſt. aliud, cf. 4, 3, 3. at non bene ſumens concretum pro iſtius ſevero abſtracto, ubi Noſter ex analog. in χαιρ. cum κολ. it. in ſq. παρ. (cf. G. Th. 82, 82. acuet *te* eorum — *oratio* ad *crudelitatem*?) ubi P. iterum ſupplet pron. ἐκεῖνον ſ. αὐτὸν, ſervatum a Stp. Th. 2, 1355. D. e. qui modo aliud pron. *qui* ſubſtituit cum lect. al. „τοὺς ἐς ὠμ. λ.“ quem ſing. cum Mss. rel. refert etiam P., ut confuſio inciderit finium iterum in Ms. Vi., cf. 4, 9, 8. etſi plur. eſt in uſu quoque, ignorante Stp. Th.,

„τοῦ διδόντας, τήν τε ὀργὴν δια-
„βολαῖς ἐγείροντας, εὔνους καὶ
„πιςοὺς ἐδοκίμαζε φίλους. ἐμοὶ 7.
„δὲ ἐξ ἀρχῆς x) τὸ πρᾶον καὶ

*iracundiam calumniis excita-
rent, benevolos et fideles exi-
ſtimabat amicos. Mihi ve-
ro a principio manſuetudo et*

x) ἐξαρχῆς iterum una voce Ms. Ba. ut §. 3.

cf. phyſica notione Geop. ſed tropica Luc. 2, 72. l. 39. ut de ſing. ib. Ind. et Sb. Rs. Or. V. 8. Demad. Dem. cui add. 543, 4. 550, 12. Plut. Krg. cum Gs. Chr. et Iſ. Pan. Mor. p. 81. Sed, dum utrique Lat. Intpp. καὶ omittunt: retulerint id ad ſqq. τὲ — τὲ, cf. 4, 11, 1. etſi valere poteſt quoque pro Lat. *etiam*, qua notione Bg. ſaepe opprimit, cf. 4, 13, 14. facturum ita initium apodoſeos in periodo per participium, et cohaeſurum cum v. inferiori ἐδοκιμ. In ſq. mutat Bg. ordinem gen. pron., e laevitate a Noſtro inſtitutum, ſed P. iterum addit adv., cf. 4, 15, 15., deſertus ad τῷ θ. λ. cf. 3, 6, 22. cuius formulae videtur ſubiici hic explicatio per ſyn. copiam, cf. in vicinum ὀργ. 3, 8, 1. dum Stp. Th. 1, 1073. e. oblique „ap. Herodi. ἐγείρειν ὀργὴν, *excitare*, accendere *iram*“ clam e P. ubi Noſter modo ad analog., ſed de ſuo cum abl., cf. pro hoc Lat. Suid. 2, 43. i. Dion. H. S. T. 1. Plut. Krg. Orph. Lyco. Suic. Th. p. 986. Nr. 6. ubi et cum pr. πρὸς, ut Geop. et Fa. Aeſ. ſed cum pr. ἐπὶ ib. et Heſd. cum Poſſ. Call. ſed cum acc. perſ. Hom. cui add. Ἰλ. κ', 511. Orph. et Fi. The. tum in varias notiones L. N. T. cum lib. de V. med., ſed in rem critic. Ind. Herdt. et Dion. H. l. l., nec G. Th. ferente, niſi nudas formulas ſine abl. quodam, praeter illam Bg., etiam *iram — concire*; e quibus Lat. duxerit maxime Noſter, certe etiam in iunctis ſecum adi. εὐν. et πις. his que cum ſubſt. φιλ. aut ſumto εὔνους per ſe, et iuncto eo cum φιλ. πις., cf. G. Th. 295, 77. „Pompeius *unum* Deiotarum *in toto orbe* terrarum *ex* animo *amicum* vere *que* benevolum, *unum* fidelem *populo* Rom. *iudicavit*, — *fidos* inter *amicos*“ cf. v. *fidus*, dum diſcernunt Gr. εὐν. a φιλ., cf. Stp. Th. ex Ariſtot. cuius locus e Xen. M. S. eſt ſine Ind. 1, 2, 52. quibus add. Suid. 1, 898. e. Phil. p. 749. E. m., τοὺς μὲν γὰρ εὔνους καὶ μάλιστα φίλους ὑφεωρᾶτο καὶ διεθεῖτο, per liberam Vs., ap. Luc. 3, 472. l. 19. τῶν φίλων τοὺς μάλιςά οἱ εὐνοέοντας, amicorum *benivolentiſſimos*, et εὐν. pro ſyn. τοῦ φίλος, oppoſ. ἐχθρὸς, ap. Theogn. tum de fem. ſexu ſine Ind. ap. Xen. M. S. 2, 2, 10. cum Gs. Chr. it. Dem. 252, 14. νομίζειν ὑμᾶς μὴ μόνον εὔνους αὐτοῖς, λ. Thuc. Plut. Hs. Soph. Ai. et Heſy. it. ſupra 1, 10, 10. ſed de πις. praeter alibi data, cf. cum ſyn. ἐχθρὸς ap. Theogn., at cum aliis ſubſt. perſ. ſ. rei L. N. T. cum N. Schw. et Ind. Gat. Adv. it. Muſ. cum D'Orv. Ch. p. 402. m. Thuc. Dion. H. l. l. Xen. Ἀνβ. ex 1, 6, 3., ubi et ſenſu peculiari ap. Perſas (cf. Stanl. Aeſch.) cum pr. ἀμφὶ ib. in N. ad 1, 5, 15. Z. ut cum pr. πρὸς Ind. Dion. C. it. cum acc. rei elliptico ap. Abr. ad Aeſch. 1, 239. m., at in rem criticam et confuſ. ap. eundem in Dl. Th. et A. it. l. l. D'Orv. et Xen. Ἀνβ. cum Iſ. Pan. Mor. Ind. add. ad comparat. ſect. 46. i. et ad ſuperlat. p. 102. l. 5. et p. 80. e. τοὺς μὲν ἀνοητοτάτους πιςοτάτους ἐνόμιζον, (cf. Ind. Hom.) pro quo cepit hic Noſtri ἐδοκ. Bg., per ſyn P. cui Sch. addebat „probabat *fidos*“ cf. Ind. Sb. L. N. T. cum N. Schw. et Suid. 1, 679. e. Caeterum P. addidit libere adv. iterum, cf. 2, 10, 14.

ἐμοὶ δὲ) Hic Bg. non iterum, ut §. 3., e P. addit adv. ad ἐξ ἀ., de-

„μέτριον προσφιλές. τὸν γοῦν „πρὸς Παρθυαίους πόλεμον, μέ- „γιςόν τε ὄντα, καὶ ἐφ' ᾧ πᾶσα „Ῥωμαίων ἐσάλευεν [y] ἀρχὴ, κα- „τελύσαμεν [z], καὶ [a] ἐν οἷς, ἀν- „δρείως παραταξάμενοι, οὐδέν [b]

moderatio grata. Sane Parthicum bellum, maximum utique, et in quo omne Romanum imperium fluctuarit, finivimus: 8. cum in eo, quod, fortiter dimicando, nullam cladem ac-

y) ἐσάλευσεν par. Ox. et Pat. cf. 3, 12, 7. it. N. z) Comma hoc in Bs. 2. R. cum Ed. pro puncto A. al. et colo Stp. rel. v. N. a) ἐν οἷς καὶ ἀνδρ. Ms. Ba. v. N. ut et de distinctione membrorum ſqq., dum commata reperimus modo poſt παρ. et σπεισ. in quibusdam edd. b) οὐδέ τι Ox. 2. vitioſe.

ferens eundem quoque in rel., e Sch. item in προσφ., quod etiam Sb. reddit hinc per ſimpl. *carum*; cf. Heſ. 2, 1509. i. et e. φίλον, προσφιλὲς, L. N. T. Soph. Oed. Tyr. v. 330. Gottl. Plat. Men. p. 61. N. 79. cum Ind. it. Valck. Eur. Hipp. Thuc. cui add. 342, 85. 504, 83. cum N. Ioſ. Xen. Z. Pol. et Bach., ſed de adv. affini Hell. Mor. at ſine Ind. M. S. 2, 3, 16. cum Gs. Chr. et in iuncta ſyn. ap. Iſ. Ev. Fd. p. 25. e. τὴν νῆσον ἐπὶ πραότητα καὶ μετριότητα προήγαγε.

λογ. ἐς τ. ϛρ) Non minus apte legeris ἐς τὴν ϛρατείαν, ad *expeditionem* iſtam. *Sylb.* qui et in Ind. in vulg. Gr. hinc „ϛρατιὰ pro ϛρατεία“ ſine Vs., quam liberrimam dedit Bg. e P., (ſervato etiam inde libero adi. gen. πάντων, cf. 6, 1, 15. e. 1, 14, 4. e.) dum, ſumtis λογ. de perſ. aeque vulg. ϛρατ. conveniet cum v. ἀθρ., ex analog. ſic habente ſua hic adiuncta, *delecti* milites *colligebantur*, cogebantur, *ad exercitum conficiendum*; hic ut ſequatur explic. quaedam iſtius λογ. cf. 2, 13, 21. et in *Bg.* formulam 2, 14, 12. ϛρατευ., ut in artic. a Mss. omiſſum proxime 6, 2, 7. e., hic e gloſſa per comparationem cum 3, 1, 7. e.

ὅσοι σωμ.) Bg. e P. fere omnia, praeter duplicatum καὶ, cf. 2, 5, 10. 4, 4, 5. et Lat. ad μαχ. 6, 2, 10., ſed in Lat. ad ἐν. 3, 15, 3. e. et ad ἀκμ. aliud, quam ſupra, 1, 3, 3. Exc. etc., ut proxime in confuſam a Ms. litteram ϛ cum iota poſtſcripto 5, 5, 1. ἑαυτ., hic ſimul fortaſſis e ſq. ἡλ., variante Noſtro cum 2, 9, 15. πρὸς μάχας ἐπιτηδ. (quo in adi. hinc P. ſervat Stp. Th. 1, 1218. i., per analog. ſic iunctis his,) it. cum 4, 9, 9. πῶς ἡλικίας ἔχοι καὶ μεγέθους σώματός καὶ εὐεξίας, aliter locato gen. σωμ., quo de ib. cum εὐεξ., ubi v. e. Stp. Th. iterum cum P. quoad Lat., ſed in ſevera copula cum Bg.

κίνησις — πᾶσι) Rectius πᾶσι τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο, δυνάμεως ἐκ. ἀθρ. *Sylb.* recte Sb. corrigit πᾶσι τοῖς ὑ. Ῥ. λ. poſſet etiam τῆς atque adeo diſtinctione manente pro πᾶσι legi πάσης. *Stroth.*

Ut Leisn. in m. Ox. „ſ. πάσης“ nihil ſignans ad m. Ms. Bg., qui aliam emendationem in Vs. innuere videtur πάσῃ τῇ ὑπὸ Ῥ. ſcil. γῇ ſ. χώρᾳ, praelucente adeo P. „omnibus *Romani* imperii *regionibus*“ ubi, praeter confuſa ι et η, cf. 5, 7, 6. ἐγκεχ. (cum iota defuerit olim in Codd.) iterum que ϛ et iota poſtſcr., oppreſſum ſit tum ſubſt. illud alterutrum, (potius que, per ſolennem ellipſin et veſtigia P., quaſi legiſſet cum Sb. πᾶσι τοῖς et ſuppleſſet χώραις ſ. χώραις, — quam e Bg. βασιλείᾳ ſ. ἀρχῇ, cf. 6, 7, 10. τὴν ὑ. Ῥωμαίοις γῆν,) tum pr. ἐν, cf. 1, 10, 1. et cum v. γιν. iterum, cf. 1, 13, 3. ἐσχατ. et diſerte ap. Thuc. 2, 8.

νετο δυνάμεως[z] ἰσοῤῥόπου ἀθροιζομένης πρὸς τὸ ἀγγελλόμενον τῶν ἐπιτρεχόντων[a] βαρβάρων πλῆθος. ὁ δ᾽[b] Ἀλέξανδρος, ἀθροίσας τοὺς

exſtitit, copiis congregandis, quae pares forent ei, quae nunciabatur incurſare, barbarorum multitudini.
4. Porro Alexander congregatis urba-

z) Comma hic in edd. omnibus et tacite in Mss. quoque, v. N. a) In Ms. Vi. τῶν ἐπιτρεχόντων deeſt, *Loc.* Sic et Excpt. e Mss. rel. modo habuere, ἀγγελλόμενον βαρβάρων πλῆθος. v. N. b) δὲ Ἀλ. in Bs. 2. al., ſed δ᾽ Bs. 1. ut alibi.

κίνησις γὰρ αὕτη μεγίστη δὴ τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο, hic *enim* motus *profecto* maximus *inter* Graecos *fuit*, qui quidem ſcriptor, toties a Noſtro expreſſus, ſuſtineat adeo vulg. lectionem et rectionem formulae κιν. ἐγεν. cum dat. perſ., ſupplendo quidem ſubſt. ἀνθρώποις, ſed ad vulg. gen. τῆς illa iterum γῆς ſ. χώρας, in qua leniſſima medicina, immo nulla, ſed potius interpretatione iuſta, formulam τῆς ὑ. Ῥ. habeamus tantum ex analog., maxime illa per variationem 5, 2, 5. ἡ ὑπὸ Ῥωμαίους οἰκουμένη, (neutram tenente L. Boſ. Ell. nec hanc noſtram, nec plenam illam 6, 7, 10.) ad quem acc. Ῥωμ. reſpexerit Sb. (dum Strothus videtur legiſſe dat. vulg.) qui in Ind. v. κιν. retinet vulg. πᾶσι, ubi et Stp. Th. 2, 216. i. „κιν. — πᾶσι τοῖς ὑ. Ῥ. ἐγ." cum P. Vs., per aliam adeo lect. tacite illam Sb., qui, etiam ad meam huius loci explicationem, (ubi κινησ. fuerit pro commotione potius corporum, quam animi, cf. 1, 7, 1. 1, 1, 5. Exc.) commode interpungit poſt ἐγεν., quod comma, olim a me recipiendum, et Bg. oſtendit clarius, quam P., prae quo etiam verior eſt ad ἀθρ., ibi inde ſervans fut. et longiora illa (ex ſuppleto particip. οὔσης) ad ἰσ., ex analog. iunctum cum δυν. et cum pr. πρὸς, ut Sch. regit „πρ. τὸ πλ. *copiis*, quae *pares* ſunt *multitudini* incurſanti" et diſerte Stp. Th. 3, 677. e. ſq. „ἰσ. interdum cum πρὸς τοῦτο, — Herodi. l. 6. dicit δύναμιν ἰσόῤῥοπον πρὸς τὸ πλῆθος τῶν βαρβ." libere ſic et per eandem rectionem e Phil., per ſe ut ἀθρ. etiam regi poſſit cum pr. πρὸς, ſumta pro ſyn. ἐπὶ, quacum ſupra ἀθρ., cf. ap. Stp. Th. cum πρὸς alio ſenſu, pro *ad*, dum Bg. e P. (libero etiam per pron. τοσοῦτον, forſan ex 4, 15, 13.) et Lat. rectione adi. dat caſum tertium, ubi tamen G. Th. 682, 103. „ſapientia *par* ad *formam*" unde licuit ſeverius, *exercitu* pari, *ſufficienti*, congregato *ad* nunciatam *incurſantium* barbarorum *multitudinem*, ſ. *copiis* congregatis *paribus* nunciatae *incurſantium* barb. *multitudini*; in qua parte poſtr. liberior Bg., partim e Sch. „ἀγγ. quod *nuntiabatur*, ἐπ. incurſiones *facientium*" ſic expreſſo particip., quod, variatum pro 6, 2, 3. e. 14. κατατρεχ., cf. 1, 10, 4., nec P. refert, ut forte habuerit Cod., ſimilem noſtris, qui carent, ut aliis particip. ſupra, cf. 4, 14, 5. e. παροντ., 5, 2, 10. κεκοσμ., ſic h. l. etiam illo cum artic., praeter cauſam idoneam, ſi non librarium offendebant cumulata particip., quae per ſe procedunt, ad copiam ſcriptoris pertinentia, nullum ut ſit ſupervacaneum.

ὁ δ᾽ Ἀλεξ.) Praeter P. iuſtam copulam, Bg., cf. 5, 8, 17., inde retinet quaedam, in primis adi. πάντας, cf. 4, 14, 11. et formulam τοὺς ἐν Ῥ. per adi., ut 2, 4, 8. τοὺς ἐν τῇ Ῥ. στρ. pro quo variatur hic ſine artic.

ἐν Ῥώμῃ ϛρατιώτας, συν-
ελθεῖν τε κελεύσας ἐς τὸ
σύνηθες πεδίον, ἐπὶ βήμα-
τος ἀνελθὼν, ἔλεξε τοιάδε [c].
„Ἐβουλόμην μὲν, ὦ [d] ἄνδρες
„συϛρατιῶται, τοὺς συνήθεις

nis militibus, ac convenire
omnibus iuſſis in conſuetum
campum, conſcenſo tribunali,
dixit huiuscemodi quaedam:
5. *Voluiſſem quidem, commi-
litones, conſueto illo genere*

c) Poſt haec titulus erat in edd. A. al. Δημηγορια Αλεξανδρου του της Μαμαιας, ſed, omiſſo artic. τοῦ in Bs. 2. al., et in Ox. et Ed. praeterea Μαμμ. per duplicem. d) In Ms. Ba. ὦ abeſt. *Mart.* v. N.

cf. 3, 7, 19. dum in rel. negligentior eſt P., omiſſis et ἀθρ. cf. 2, 10, 2. i. 3, 14, 7. m. (quocum variatur ordine,) et συνηθ. quo variat Noſter partim pro 1, 5, 3. εἰς τὸ εἰωθὸς πεδ. et ſimul per praep. it. cum 2, 10, 2. e. 2, 13, 6., ſed cum 1, 5, 4. m. 2, 3, 11. e. 2, 13, 7. ἀν. ἐπὶ τὸ βῆμα per caſum poſt pr. ἐπὶ, ex antiptoſi ſ. enallage caſuum, cf. 1, 3, 2. e. ἐπιβαιν., ſed ex analog. in noſtro v. ἀν. cf. 1, 5, 4. m. cum Horr. M. Cr. p. 178. m., dum P. in hoc membro oſtendit copulam, (proprie ſine ea poſito praemiſſo que, ut alibi, in apodoſi periodi e participiis,) quoniam primum particip. ἀθρ. omiſerat, et duo tantum fecerat membra.

ἐβουλόμην) P. et Lat. et tempus deſeruit Bg., tenente Stp. Th. nec iſta Latt. nec rectionem cum inf. nec formam temporis huius (ap. Sch. ſine Vs. „impf.“ unde P., pro quo Bg. forſan reſpexit aor. 2., aeque recte, cf. 2, 5, 14. m. ἐμελλ. 2, 1, 1. ἀνελ. it. 1, 8, 6. m. συνηκ. 3, 3, 5. εἶχ.) diverſam ab augmento ſimpl. aut dupl., in qua hic nihil tentat Ms., cf. 3, 7, 15. et, praeter „ἂν — ἐβ. vellem“ ap. Hoog. Op. p. 75. e., quoque Dem. 54. ult. ἐβ. δ' ἂν, quae particula h. l. oppreſſa, 181. 26., ſed ἃ — ταῦτ' οὐκ ἠβουλόμην γίγνεσθαι — ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, 395, 21. at 1018, 2. ἐβουλόμην μέντ' ἂν, ὦ ἄν. δικαστ., λ. 1020, 9. 1052, 25. 1140. 5. 1257, 6. 1274, 10. 1434, 8. it. ἠβ. ἂν, ὦ ἄν. Ἀθ. 1441, 6. 1447, 25. 1489, 12. ad cuius aliorum que analog. hic copuletur ἀνδρ. cum συϛρ., cf. L. N. T. Schw. p. 113. N. extr. „Xen. Cyr. exp. — ἄνδρες ϛρατ. quibus verbis Clearchus milites ſuos alloquitur, — Dio — ὦ ἀ. ϛρ. o *milites*, — Herodi. — ἐβ. ὦ — λογ. cuperem, o comm., *ſermonem* ad *vos* facere *conſuetum*“ nihil praebente Stp. Th. et Indd. Xen. quorum illi Cyr., praeter 1, 6, 25. e. ἄρχοντός τε ἀνδρὸς καὶ ἰδιώτου, it. §. 31. ἀνὴρ διδάσκαλος, add. ἄνδρες pro ſq. ϛρατιώτας 1, 5, 4. e. it. ib. §. 7. in orationis ad milites init. ἄνδρες φίλοι, it. 2, 1, 11. 2, 2, 17. 2, 3, 2. it. ἄ. φ. καὶ σύμμαχοι 4, 5, 37. ἄ. ξύμμαχοι 5, 4, 19. 6, 2, 14. 25. 6, 3, 15. 6, 4, 13. 7, 1, 29. 7, 5, 42. 8, 6, 3., ſed alteri Ἀνβ. bina loca Schwarz. 1, 3, 3. et 9. in ed. Th. V. 2. *milites*, — et *mei milites*, it. 3, 2, 2. ὦ ἀ. ϛρ. *milites*, it. (7, 1, 25., at) §. 34. ὦ ἄνδρες Th. V. 2. p. 157. §. 23. *milites*, cf. ἄ. πολῖται, ib. Hell. 7, 3, 6., ubi P. cum Bg., etiam in oppreſſa vocula exclam., cf. 3, 12, 12., ſed hic cum Ms. uno, minus, opinor, quoniam elapſa a vicinitate, quam per gloſſam ex aliis locis ſupra, ubi cum vocat. deeſt, ad variandum que cum l. l.

τοὺς συν.). Severiorem Vs. in N. pr. vidimus, quam Bg. et P. (cf. 2, 14, 5. addito hic adi. συν. peculiari ratione,) unde in ſqq. partim, ubi

„πρὸς ὑμᾶς ποιεῖσθαι λόγους, „δι' ὧν αὐτός τε ἐκοσμούμην δη„μηγορῶν, ὑμᾶς τε ἀκούοντας „εὔφραινον. εἰρήνης γὰρ πο„λυετοῦς ἀπολαύσαντες, εἴ τι „καινὸν νῦν [e]. ἀκούοιτε, ἴσως „ἂν ὡς [f] παρ' ἐλπίδα[g] λεχ„θέντι [h] ἐκπλαγείητε. χρὴ δ' [i]

orationis apud vos uti, quod et mihi concionanti ornamento, et vobis audientibus delectationi erat. Pace enim multorum annorum potiti, ſi quid novi nunc audiatis, fortaſſe quaſi praeter ſpem id dicatur
6. *tioni erat. Pace enim multorum annorum potiti, ſi quid novi nunc audiatis, fortaſſe quaſi praeter ſpem id dicatur*
7. *expaveſcetis. Verum enim*

e) Mss. Ba. et Ve. καινὸν ἀκ. v. N. f) In Ms. Ba. ὡς abeſt. *Mart.*, ut et in Ms. Ve. v. N. g) ἐλπίδων ed. Lu. mendoſe. h) λεχθέν τι diviſum in ed. Bs. 2. L. vitioſe, ut διαλεχθέν τι Bs. 1. R. e ſociae διαλεχθέντι, quarum ſyllaba δι venerit ex A. 2. ἐλπί-δα diviſo. i) Hic nullibi comma, ſed poſt εὐφρ. in A. al. v. N.

diſcedit Sch. in „δημ. verba *faciens* ad *populum*" immo ad milites, cf. 2, 8, 3., ſed per omnia Noſter de ſuo, et ſeveriora proceduut, *conſueta* ad *vos* facere *verba*, per *quae* ſ. *quibus* et *ipſe ornarer*, decorarer, *dicens*, et *vos* audientes *delectarem*; quod v. Gr. poſtr. ignorat Stp. Th. per tempus et formam ab augmento, cf. 2, 8, 11. 5, 2, 2., innuente Noſtro alias orationes, ab Alexandro ad exercitum Praetorium habitas, quarum aliquas memorat et Lampr. c. 53. p. 1010. e. c. 57. p. 1020. e.

εἰρήνης) Bg. in πολ. cum Sch. qui e Stp. m. in „εἰρ. pace *frui*" potuit ſuppeditare ſeverius *fruiti*, cf. 3, 7, 20. qua in formula Noſter fortaſſis ex analog. Lat. cf. G. Th., ut ex alia in adi. πολ. cum εἰρ. Mox adv. in Mss. omiſſum, ut alibi alia, oſtendit clare P., elapſum hic ob pr. νου ſimilem ſyllabam, et hic neceſſarium ex oppoſ. εἰρ. πολ.; ex illo ducente Bg. alium caſum ad τὶ καιν., cf. 3, 13, 15. et in formulam N. T. Act. 17, 21. λέγειν τὶ καὶ ἀκούειν καινότερον, ut in omiſſum a Mss. adv. ὡς cum particip. 1, 11, 12., niſi quod hic elapſum eſſe poſſit a vicinitate, nec ob ſenſum abeſſe, oſtenſum idem a Bg. e P., qui utr. ſeverius in formula π. ἐλπ., quam ſupra 6, 2, 7. 15. (quo cum poſtr. variatur rurſus per ſing.) ſed P. deſertus etiam a Sch. in „λ. *dicto*, ἐκπλ. *perterrefacti eſſetis* tanquam *ab* eo, *quod* praeter *ſpem* dictum *fuit*" qui errat modo in ſenſu opt., pro meliori tempore Bg. cf. 1, 1, 5. qui et ipſe, partim e Stp. m. ad particip. λ., per praeſ. acceptum ſine neceſſitate, aſſumit pron., pendens proprie a v. ἐκπλ. reſpiciens que pr. τὸ καιν., pro ἴσως ἂν ἐκπλ. αὐτῷ, ὡς λεχθ. π. ἐλπ., *fortaſſe* perterreamini *eo*, ut *praeter* expectationem *dicto*, ubi ad ὡς aeque recte Stp. in m. per cauſalem, noſtro Lat. ſyn.; ad totam Noſtri ſententiam, ex analog. conflatam, tenente me tantum e Cic. ep. fam. 4, 4, 9. repente *praeter ſpem dixit*.

χρὴ) Schottus Obſ. Hum. 3, 12. p. 142. notat, hanc ſententiam a Demoſthene eſſe ſumtam, qui in orat. de corona (Rs. 258, 21.) δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένοις ἐλπίδα, φέρειν δ' ὅ τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως. *Leisn.*

Variatur ſententia partim cum illa 4, 14, 9., ubi produximus e Dem. et locum Leisn., (quo de cf. ad Luc. 3, 494. N. 78.) et alium,

„ἄνδρας γενναίους τὲ καὶ σώ-
„φρονας εὔχεσθαι μὲν, ὑπάρ-
„χειν τὰ βέλτιςα, φέρειν δὲ [k]
„τὰ προςπίπτοντα. τῶν μὲν 8.
„γὰρ δι' ἡδονῆς πραττομένων
„ἡ ἀπόλαυσις γλυκεῖα [l], τῶν
„δ' [m] ἐξ ἀνάγκης [n] κατορθουμέ-

vero decet viros fortes et mo-
deratos optare quidem, ut eve-
niant optima, ſed ferre quae-
cunque accidant. Nam ut
a rebus iucundis ſuauis ſenſus
exſiſtit, ita a moleſtis et ar-
duis bene gerendis gloria for-

k) Ms. Ba. φέρειν τὲ τὰ πρ., ut φέρειν τε ſine acc. ed. A. al., ſed φέρείν τε Bs. 1. v. N. l) Hic punctum erat in ed. A. al., ſed colon in Stp. rel. pro commate Bs. 1. al. v. N. m) δὲ Ms. Ba. cf. 4, 15, 12. n) ἐξανάγκης Ms. Ba. haud ſecus, ac ſi unum eſſet vocabulum. *Mart.* de more iſtius, cf. 1, 4, 12. 5, 1, 3. 7.

quibus add. 506, 12. ſqq. ἀλλὰ χρή γε ἀνθρώπους ὄντας — τἀγαθὰ μὲν προςδοκᾷν, καὶ τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι διδόναι· πάντα δ' ἀνθρώπινα ἡγεῖσθαι, et 1486., 1. ἔγνωκα — παντὶ τῷ πολιτευομένῳ προςήκειν, — ὥςπερ οἱ παῖδες πρὸς τοὺς γονέας, οὕτω πρὸς ἅπαντας τοὺς πολίτας ἔχειν, εὔχεσθαι μὲν ὡς εὐγνωμονεςάτων τυγχάνειν, φέρειν δὲ τοὺς ὄντας εὐμενῶς, ſed Poll. Call. p. 620. e. ex Baſil. „σωφρόνων ἀνδρῶν, τὸ μὴ κινδύνοις ἐπιῤῥίπτειν αὐτοὺς, γενναίων δὲ καὶ φιλοσόφων, τοὺς ἐμπεσόντας, φέρειν γενναίως" diſcedente Bg. a P. per liberrimum Lat. ad δὲ, cf. Exc. ad 1, 8, 5. tum in εὐχ. λ., ubi in v. ὑπ. cf. 1, 4, 5. dum procedebat et vulgare Lat. *adeſſe*, ex analog. iuncto τ. β. it. cum φ. illo τὰ πρ. per variationem 4, 14, 9. τ. πρ. μετρίως ὑπομένειν, quoad ordinem quoque, dum hic Bg. partim e P., merum plur. particip. *reſolvens in pron. univerſae notionis*, ſ. in ὅσα, per ſe non male, quanquam proprie ſubintellecto adi. πάντα, niſi ſuum ceperit iterum pro mero relat. cf. 5, 1, 12. 1, 5, 24., ſed in Ms. τὲ, pro δὲ, poſt μὲν, cf. 6, 2, 19. 4, 10, 7., etiam hic faciente P. cum Mss. rel. it. cum Bg. in nullo commate ab init. §., ubi, facto illo poſt δ', fuerit χρὴ, ut alibi, cum acc. et inf., ſed cum mero acc., facto contra poſt σωφρ., ſalva utrinque ſententia, cf. 4, 5, 15.

τῶν μὲν) Copiam Noſtri, a P. defertam, partim ſervavit Bg., inde, poſt omiſſum μὲν, periodi formam mutans in comparativam, dum Sch. „δ. ἡ. *voluptate*, πρ. *eorum*, quae *aguntur* cum *voluptate*, ἀπ. *fruitio*, γλ. dulcis *eſt* uſus *cum* voluptate *geſtorum*, κατ. *eorum*, quae *neceſſario* virtuoſe *aguntur*, ἐνδ. *glorioſa* eſt *fortitudo*" ſed Stp. Th. modo 1, 1436. G. m. „ap. Herodi. δι' ἡδ. πράττειν, *cum* volupt. *aliqua* facere" qua in formula aliter Bg., quam 4, 6, 4. it. in oppoſita ἐξ ἀν. 1, 4, 12., diſcedens quoque nimium in rel., ſicut et in κατ. procedet notio, quam ipſe ſequitur §. 12. e., cf. 1, 5, 19., *nam* earum *quidem* rerum, *quae* cum *voluptate* aguntur, *dulcis* eſt *fructus*, ſed *earum*, quae *neceſſario* geruntur, *glorioſa* eſt *fortitudo*; conflante Noſtro ſuas ſententias de ſuo, at Bg. univerſe ſenſum efferente cum perſpicuitate; cuius Lat. ad ἀπολ. augebuntur Lexx., ſed duo pro uno ad ἐξ ἀν. ſunt ex anteced. et conſequ., denique ad ἐνδ. ἀνδρ. pro adi. et ſubſt. duo ſubſt. in regimine; dum merae ſententiae erant hae, *res* actiones que *leves*, et hinc *iucundae*, ac cum voluptate *libenter* que ſuſceptae, *pariunt* modo *volupta-*

„νων ἔνδοξος ἡ ἀνδρεία. καὶ τὸ „μὲν ἄρχειν ἀδίκων ἔργων[o] οὐκ „εὐγνώμονα ἔχει τὴν πρόκλη-„σιν[p], τὸ δὲ τοὺς ὀχλοῦντας[q]

9. *titudinis. Atque ut prius laedere, inconſulte eſt laceſſere, ita vexantes amoliri, ex bona conſcientia audaciam*

o) Comma hic defuit in una ed. Bs. 1. R. in Bs. 2. L. pro puncto A. al. et colo Stp. rel.

p) Hoc comma erat modo v. N.

q) ἐνοχλ. Mss. Ve. et Vi.

tem et ſenſum gratum, ſed *res* et actiones *arduae*, quas plerumque inviti ac *coacti* ſubeunt homines, ubi tamen *forti* ſuſcipiuntur *animo*, pariunt *gloriam*, ſ. ea, quae ſponte ſuſcipiuntur et cum voluntate, etiam voluptatem afferunt, ſed, quae neceſſitate coacti gerimus, cum fortiter expediuntur, gloriam parant. Caeterum e P. affert h. l. L. Boſ. ad N. T. 2 Petr. 1, 3.

καὶ τὸ — προκλησ.) non *habet* prudentem *provocationem*. εὐγνώμων eſt, qui recte et bene de rebus iudicat, aequus rerum aeſtimator. Xen. M. S. 2, 8, 5. *Leisn.*

Qui et ad Ms. Bg. „*inconſulte* eſte *laceſſere*“ debuit ſane adſcribere „quid haec ſibi volunt?“ cum eſſent a ſcriba depravata ex eo, quod rectius dedi, ubi *eſt* valet pro *ſignificat*, noſtro *heiſst*, per liberrimam Vs., dum, praeter formulam ἀρχ. ἀδ. ἐ., mutatam in aliam ex adv. et verbo, partim e P. (ut 3, 6, 9. in ſyn. ἄρχειν ἐργ. πονηρῶν, per variationem ex analog. cf. ib.) phraſin e v. ἐχ. cum acc. rei et adi. convertit ſic, ut adi. fiat adv., ſed v. ἐχ. verbum ſubſt. et nomen ſubſt. aliquis inf., pro quibus Leisn. ſevere, partim e Sch. „εὐγν. *candidam*, bonam *fidem* agnoſcentem *provocationem*, ſ. aequa *animi* conſcientia *utentem*, πρ. provocationem *non* aequam *habet*“ quo in ſubſt. ſub eodem Lat. hinc Stp. Th. ſine Vs., ſed cum commate poſt ἐργ. cf. ſenſu forenſi Suid. Hſy. Poſſ. Call. Rs. Or. V. 4. 7. utr. 8. Dim. Dem. Di. H. S. T. 1., ſed alio Foeſ. Thuc. Diod. S. Ioſ. Miſc. O. A. Nov. T. 1. p. 68., quod ex analog. tantum cum v. ἐχ., in notione pro continere ſ. prodere, indicare, cf. 1, 2, 9. 3, 13, 4. et Thuc. 294, 98. ἡ παραίνεσις — ὑπόμνησιν μᾶλλον ἔχει, ἢ ἐπικέλευσιν, ſed in adi. εὐγν., de perſ. ſ. re, Suic. Rs. Or. V. 4. Dem. Diod. S. Plut. Krg. Di. H. S. T. 1. Ioſ. Luc. Poll. 8, 7. cum N. 31, ſed ſuper accentu in neutro εὐγνῶμον Thom. M. tum ad affinia adv., ſubſt. et verbum ſimul Bud. C. et ap. laud. it. Ind. Sb. Suid. et Hſy., dum de ſuo Noſter iungit cum πρ. et cum neg., pro uno ἀγνώμονα, ubi v. Xen. M. S. pro imprudens, ſed Dem. *inconſultus*, ut ἀγνωμοσύνη oppon. σοφίᾳ ap. Herdt. 172, 29. et ib. p. 187. N. 28. e Schol. Dem. ἀγνωμόνως, ἀνοήτως, (cum Rs. Or. V. 2. p. 32. N. 18.) it. ex Harpocr., quae et ap. Suid. cf. Hſy. unde firmantur illa Bg. et Leisn., ſed et haec ſeveriora, *Et* prius *quidem* facere *iniquas* res *habet*, continet, arguit, declarat *non conſultam*, non prudentem *provocationem*, i. ſi quis prior iniurias infert alteri, hoc eſt alterum imprudenter provocare ad ulciſcendum, is que eſt parum prudens, et oſtendit parum prudentiae, dum provocat alterum ad iniuriam contra inferendam; ubi comma poſt ἐργ. non procedit in enunciatione ſingulari, cuius ſubiectum quippe ſolitarium, hic expreſſum per inf. inſtructum ſ. phraſin τὸ ἀρχ. ἀδ. ἐ. non poteſt ſeiungi a rel. partibus enunciationis; ſicut continuo eſſere-

„ἀποσείεσθαι[r] ἔκ τε της ἀγα-
„θῆς συνειδήσεως ἔχει τὸ θαῤ-
„ῥαλέον[s], καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν,
„ἀλλ' ἀμύνασθαι[t], ὑπάρχει
„τὸ εὔελπι. Ἀρταξέρξης, ἀνὴρ

affert: atque ex eo, quod non infertur iniuria, ſed propulſatur, exiſtit bona 10. *ſpes. Artaxerxes vir*

r) Comma hic fuit in Stp. rel., ſed nullum in A. al. v. N. s) Punctum in A., ſed duo in Par. 2. v. N. t) ἀμύνεσθαι Mss. tres, v. N.

tur enunciatio ſyn. haec, τὸ ἀρχ. ἀδ. ἐργ. ἀγνωμόνως τινὰ προκαλεῖται, dum Bg. ſumit periodum comparat. iterum e P. liberrimo.

τὸ δὲ τοὺς ὀχλ.) Mss. compoſ. pro ſimpl. (cf. 5, 8, 18. e.) eſt e gloſſa per comparationem cum ſuperioribus locis, cf. 4, 13, 9., forſan et, quia eſt frequentius, cf. 2, 15, 7. Alb. Gl. p. 182. N. 24. et ad Hſy. 1, 1254. N. 31., dum Stp. Th. nullum habet exemplum act. in ſimpl., cf. tamen D'Orv. Ch. p. 357. (cum Bg., ubi n. Gr. ap. G. Th., deſerto P., etiam a Sch. „*moleſtantes*“) Intep. ad N. T. Luc. 6, 18. cum Loesn. p. 105. it. Lexx. ej. quorum Schw. e Plat. habetur ap. Fi. Phaed. p. 220. m. pro quo ib. p. 161. m. πράγματα παρέχειν et p. 168. i. ἀσχολίας παρεχ., ſed Hſy. 2, 829. m. ὀχλεῖ, — λυπεῖ, iungente id Noſtro de ſuo cum ſq. v. ἀποσ., ubi Sch. partim e P. „propulſare *offendentes*“ et aeque incommodum comma, ac in pr. membro, ex eadem cauſa, quoniam inf., ut ſubiectum, cohaeret cum partibus rel. usque ad θαῤῥ., ubi procedit et maior diſtinctio, quia ſequitur enunciatio nova, ſed, variandi cauſa, inverſi ordinis, pro τὸ εὐ. ὑπ. ἐκ τ. λ. In priori quidem parte Bg. recte ad v. ἐχ., cf. 1, 2, 9. (quibus ibi prolatis add. Aeſch. ep. S. ex p. 83. e.) quanquam *proprie notio* eſt *illa antea*, unde et Sch. „ἐχ. habet *fiduciam*, θαρ. *confidentiam* habet *ex* bona *conſc.*“ addito ſic etiam adi. ἀγ., quod P. oppreſſerat, ſed Noſter habet fortaſſis e Lat. cum συν., (cf. G. Th. in ſubſt. 1166, 48. e Plin.) ut rel. ex analog., cf. de τὸ θ. 2, 14, 3. ſed alibi de pr. ἐκ pro Lat. *ob*, ubi forſan et alia Lat. in v. ἐχ. cum illa praep., tacente G. Th., cf. Iuſt. 36, 1, 1. tantum *contemtum* apud *omnes* inertiae, *quantum* odium *pater* ex *ſuperbia* habuerat, *contraxit*. Caeterum, quia Bg. periodum inſtituit comparat., non potuit reddere τὸ, referendum ad ſq. καὶ, et proprie reducendum ordine ad pr. enunciationem, *ſed* tum *vexantes* amoliri *habet* ex *bona* conſcientia *confidentiam*, tum *bona ſpes* exiſtit *ex* eo, *cum* non *laedas*, ſed *ulciſcaris*, ſ. *non* e *laedendo*, ſed *vindicando* ſ. *propulſando*, cf. in Bg. ἐκ τοῦ λ. 2, 8, 7. 2, 3, 23., ſed ἀδ. 3, 8, 6. 4, 5, 4. et ἀμ. 4, 5, 5. 2, 6, 2. rel., ubi Mss. aliud tempus, praeſ. pro aor. 1., eſt e lapſu aut gloſſa, cf. 4, 12, 9. e. 2, 14, 9. e., concurrente hic iterum utr. iſto tempore, cf. 6, 2, 3. χειρωσ., nihil definiente P. libero, unde Bg. modo in τὸ εὐ. cf. 2, 14, 3. (quo variatur pro pr. τὸ θαῤῥ.) ut 2, 8, 7. in ὑπ. cum pr. ἐκ, iunctum ex analog. cum τὸ ε.

Ἀρταξ.) Dionem v. in Alexandro et Excpt. Peireſc. p. 768. quos que ad Lampr. notavit Caſaub. (in Alex. Sev. c. 55. p. 1017. N. 1.) *Boecl.* Forte Πέρσης, ὃς τὸν κ. λ. *Reisk.*

In rebus reſpicitur ad 6, 2, 3. et 21., ubi Bg. e P. ſervat, ſecus ac 2, 9, 2., ſubſt ἀν. cum nomine patriae Περσ., ſecus ac Schw. L. N. T

„Πέρσης, τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην „Ἀρτάβανον ἀποκτείνας, τήν „τε ἀρχὴν εἰς Πέρσας μεταστή„σας [u], ἀλλὰ καὶ τῶν ὑμετέ„ρων [x] ὅπλων καταθαῤῥήσας [y],

Perſa, poſtquam ſuum dominum, Artabanum occidit, imperium que ad Perſas tranſtulit, atque etiam contra veſtra arma fiduciam ſumſit,

u) καταϛ. Ms. Ve. v. N. x) ἡμετερ. Mss. Ve. et Vi. cum edd. Par. et Pat. v. N. y) Ms. Ba. ὑμ. δ. καταφρονήσας, κ. τ. βασ. δοξ. ὑπεραρθεὶς, πειρ.

p. 114. N. 1. e. „Artaxerxes *Perſa*" e cuius locis duobus 'Αυβ. reperi modo unum 3, 4, 35. alius ordinis Πέρσῃ ἀνδρὶ, Th. V. 2. p. 175. i. homini *Perſico*, ſine Ind., ubi contra ordinis noſtri, praecedente etiam proprio nomine perſ. 1, 8, 1. Παταγύας, ἀν. Π., Th. p. 52. Patagyas *Perſa*, cf. 1, 6, 1., ſed Cyr. 2, 1, 15. 3, 2, 6. 3, 3, 41. 4, 1, 2. 5, 2, 17. 5, 3, 41. 7, 2, 3. 7, 4, 1. ſq. 7, 5, 55. 8, 5, 22. coll. §. ſq. *Diod. S.* 1, 407. l. 94. it. Herdt. 99, 16. μὴ εἴη ἀνὴρ Πέρσης γεγονὼς, λ. quiſpiam *vir*, genere *Perſes*, ſed 257, 48. Ὀροίτης, ἀν. Π., *Perſa*, at 450, 67. vir *Perſa*, it. 726, 87. 743, 26. 30. tum 675, 15. coll. l. 9., dum hic ingenium Rsk. et ignoratur a P., nec deſideratur, factis nobiſcum commatibus poſt 'Αρτ. et Περσ., ut 'Αρτ. cohaereat cum inferiori v. πειρ., poſt interiecta membra illa duplicis generis, unum a patria, ἀν. Περσ., ſed caetera e factis et per particip., bene reſoluta a Bg. e P.

τήν τε — μεταϛ.) In re ipſa reſpicit Noſter 6, 2, 21. 17. 6. 4. ſuam que ipſius formulam ib. §. 5., variando per omiſſam partem illam ἐκ Μήδων, ubi in Ms. confuſae ſunt praepp., cf. Fi. Plat. Phaed. p. 230. N. 2. et Phileb. p. 13. N. 7.

ἀλ. καὶ) Pol. (noſtra *arma*) legit ἡμετέρων, prima perſona. *Sylb.* Sed tenet vulg. quoque Bg. (ut et Leiſn. in m. eius Ms. „leg. ὑμετ.") quod et procedit, ſolos cogitando milites; quanquam alterum, includens ſimul imperatorem, quoque probabile e §. 5. ὦ ἄνδρες συϛρατ. quibus ille in communionem militum venit iam. Diſcrepantibus hic Mss., manebimus in vulg., dum P. conſentit et alibi cum illis, alterum afferentibus pron., ſaepe cum vulg. varians et confuſum, cf. 4, 14, 10. 2, 10, 18.

τῶν ὅ. κ.) quum *adverſus* arma *veſtra* auſus *eſſet*. Aliam vim h. l. τῷ καταθαῤῥεῖν ſubiicit, quam vulgo, et alibi ipſe. Nam 1, 5, 26. καταθαῤῥεῖν eſt *audacius ſe* efferre. *Leiſn.*

Qui fere cum Sch. „quum *auſus* eſſet *adverſus* arma *alicuius*" ſubiectis et liberis P., quae ſervat Stp. Th., non item Bg., abiens ab illis ſuis ad l. l., ob gen. rei hic, ex analog. adiunctum, cf. l. l., et faciens fere cum Ind. Fa. Aeſ. Hs. „κατεθάῤῥησεν αὐτοῦ, tantum *illi* animi *adverſus* eum *fuit*, adeo *non* reveritus eſt *eum*" unde h. l. reddam, *ſed et* veſtra *arma* non *reveritus*, ſ. *ſpernens*, dum puto, eſſe i. q. ſq. καταφρ. quo et reſpexit Gloſſator Ms., propterea aliud in ſq. membro ſubſtituens verbum, cum forſan utr., aut etiam tantum poſtr. ſteriſſet in marg., ad explicandum illud καταθαῤῥ., dum P. cum Mss. rel. retinet vulg., unde Bg. in δοξ., quo redeat illud L. Ern. „4) dignitas" cf. L. N. T. Krb. N. 3. et ſq. „ſplendor maieſtaticus" cum Fi. p. 322. i. diſerto „b) et 2) *maieſtatem*" quae fuerit pro magnitudine auctoritatis, re-

„καὶ τῆς Ῥωμαίων δόξης κατα„φρονήσας, πειρᾶται κατατρέ„χειν καὶ λυμαίνεσθαι τὰ τῆς ἡ„μετέρας[z] ἀρχῆς κτήματα. τού„του ἐπειράθην[a] τὸ μὲν πρῶτον „γράμμασι καὶ πειθοῖ παῦσαι „τῆς ἀπλήστου μανίας[b] καὶ τῆς „ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας· ὁ δὲ,

Romana maieſtate deſpecta, coepit incurſare et vaſtare no-
11. *ſtras provincias. Hunc equidem a principio ſtudui per litteras et ſuadendo abdu-*
cere ab inexplebili illa vecordia et alienorum cupiditate.

z) Sic Mss. tres cum Bs. 2. L. al. pro ὑμετ. edd. rel. v. N. a) Comma hic et mox poſt πειθ. fuit in Bs. 2. L. Stp. al. v. N. b) Colon in Ms. Ba.

verentiae et honoris, et pro opinione magna de populo Rom., per quam alii verebantur bello eum laceſſere et aggredi, cf. G. Th., ubi aliquoties *maieſtas* populi *Rom.*, expreſſa a Noſtro per gen. merum Ῥωμ., a Bg. e P. mutatum, dum et hic valere poteſt notio in δοξ. vulgaris, pro gloria ſ. fama e rebus, bello geſtis, cf. §. 12. et 7, 8, 9. δόξης τῆς ὑμετέρας ἐν τοῖς ὅπλοις, quae et in pr. hic membro ſumuntur pro rebus, per arma geſtis, et pro virtute, cum armis oſtenſa, cf. 1, 5, 11. e. τῶν ἐν ὅπλοις ἔργων et 2, 10, 18. τῇ τῶν ὑμετέρων ἀνδρείᾳ ὅπλων, ſed de ἀλλὰ καὶ, partim e P., 6, 1, 5. 1, 12, 4., unde Bg. et in ſq. κατατρ. (ut et Stp. Th. v. i. quo reſpicitur ad 6, 2, 3. e. 14. iuncto ad analog. cum acc. ſq. κτημ.) non item ad πειρ. cf. 3, 3, 4.

λυμ. τὰ) Legendum ἡμετέρας, quemadmodum et Pol. habet. *Strotb.* Id que propter conſenſum cum *Mss.* non modo, ſed et contextum et adiunctum gen. ἀρχ., *qui non reſpicit milites ſimul, ſed ſolum imperatorem: unde et nos ſtatim ſic dedimus,* etiam id praebente Bg., qui in rel. quoque cum P., liberrime quidem in contractis τῆς ἡμ. ἀ. κτ. per merum pron. et ad κτ. per Lat., pro vicinis *noſtri* imperii *poſſeſſiones,* dum Noſter ex analog. ſcribit in κτ. cum τ. ἀρχ., reſpiciens ad 6, 2, 13. ſq. et 2. ſq. cf. ad λυμ. 3, 3, 6. et cum acc. rei alio ſine Ind. ap. Polb. 2, 723. e. it. p. 725. i. e.

τούτου ἐπ.) Variat Noſter non in v. ἐπ., per polyptoton fortuitum, ſed in τὸ μ. πρ. cum 6, 2, 8. τὰ μ. πρ., utrinque reddente Bg. e P. cf. 5, 1, 16. (ubi incommodum eſt comma poſt ἐπειρ., quod ferat id, ſi adſit gen. τούτου, non vero hic, ubi interiectum ſtat inter acc. et inf.) it. ad γρ., quo variatur cum διὰ γρ. 6, 2, 8., iungendum, pariter ac ſq. πειθ. (cf. 1, 3, 12. deſerente P. etiam Sch. „perſuaſione *verborum*") cum pr. v. ἐπειρ., aut et cum ſq. παυσ., per analog. habente adiunctos rerum gen., it. in ἀπλ. cum μαν., cuius videtur ſubiungi quaedam explic., dum Bg. e P., etiam in ſervato artic. per pron., cum epitheton ἀπλ. ſuadeat etiam aliam, quam vulgarem, notionem, et ap. Noſtrum aliquoties fuerit de ἐπιθυμ. aut de ſyn. ἀντιποιήσεσι, ut, cum μανία dicatur de mente quidem atque intellectu, pro abſentia cogitandi recte, atque adeo pro inſipientia et ſtultitia inſigni, ſed de voluntate ac cupiditatibus motibus que, pro vehementi et nimio deſiderio cuiuscunque rei, cf. Caſ. ad Ath. 2, 779. et Foeſ. v. e., Noſter ſtatim de ſuo addiderit ἀπλ., reſpiciens maxime ſq. ἐπιθ., cui proprie e duobus ſubſt. id adi.

„βαρβάρῳ[c] φερόμενος ἀλαζο-
„νείᾳ, οὔτε μένειν οἴκοι βούλεται,
„προκαλεῖταί τε ἡμᾶς[d] εἰς

At ille, barbara incitatus in-ſolentia, neque ſe continere ſuis ſedibus vult, provocat que

c) Ms. Ba. ὁ δὲ βαρβάρῳ φερ. ἀλ., uti Stephan. malebat. *Mart.* Etiam Mss. rel. cum ed. Ing. pro rel. βαρβάρων v. N. d) εἰς μάχην ἡμᾶς Ms. Ba. v. N., ut et de ὑμᾶς ed. Bs. 2.

potiſſimum conveniebat. Sed per hunc regionem Leisn. in m. Ms. Bg. „omittit quaedam“ ubi totum membrum καὶ — ἐπιθ. reſtituimus ex obliquis P., dum Sch. in „ἀλλ. *alienarum* rerum *concupiſcentia*“ ſupplet χρημάτων vulgare, cui et aptum pr. §. κτημάτων, neutrum horum reſpiciente L. Bos. Ell., ſed Noſtro etiam haec iungente per analog., cf. G. Th. 253, 84. ſqq. *alienarum* rerum *cura* et „*alienum*, abſolute, (per ellipſin ſubſt. *negotium*, cf. Lindn. p. 102. i. ſ. *peculium*,) pro re aliena, — Sall. Cat. 5, 4. alieni *appetens*, (ubi cf. N. Cort. et ib. 12, 2. aliena *cupere*,) — Liv. aliena *appetimus*“ ſed de plur. τῶν ἀλλ. cf. Dem. cui add. 83, 14. 16. 27. Luc. et Ael. V. h.

βαρβάρων φ. ἀλ.) Malim βαρβάρῳ. Alioqui videtur dicturus fuiſſe potius τῇ τῶν βαρβάρων φ. ἀ. λ. *Steph.*

Qui correxerit ſimul e P. unde et Bg. ſervat, quo de Leisn. in m. Ms. eius „leg. βαρβάρῳ“ quod ſtatim dedimus, non modo quoniam Mss. annuebant, confuſis iterum ny et iota poſtſcr., cf. 6, 2, 21. e., ſed etiam ob contextum et adiunctum ſubſt. ἀλ., quod potius aliquod requirit adi., et denique propter haec affinia, ap. Curt. 3, 8, 15. barbara *feritate*, it. Zos. 5, 40, 7. ἐχρῆτο ῥήμασιν ἐπέκεινα πάσης ἀλαζονείας βαρβαρικῆς, verbis, *omnem* barbaricam *inſolentiam* ſuperantibus, *utebatur*, et 5, 19, 3. θερμότητι φερόμενος βαρβαρικῇ, *barbarico* fervore *impulſus*, nihil, opinor, obfuturis noſtrae emendationi illis ſupra 5, 3, 15. χρεύοντα νόμῳ βαρβάρων, ubi Bg. ſane etiam mutabat gen. in adi. affine; dum hic iterum ſcribitur ex analog. in β. cum ἀλ. et in hac cum φ., ubi Stp. Th. ignorat Lat. Bg., deſerto P., et ſyn. illud antea ad Zos., quae teneantur tamen ſub iſtius notione 4, 82. F. e. pro *auferri* ſ. *abripi*, cf. ſyn. formulam breviorem ap. Phil. p. 324. C. e. ὑπὸ ἀλαζονείας.

οὔτε μένειν) Praeter P. liberum adv., cf. §. 1., et ſyn. relata οὔτε — τε, (cf. 1, 5, 6. ad κατ. e. 5, 4, 17.) ſervat Bg. inde rel., liberius que ad μεν. οἰ. quam 3, 15, 1. et 5, 4, 3., cf. ad μαχ. hoc cap. §. 2., ubi Ms. ordo alius, in pron. translato in enunciationem extr., a Gloſſatore eſt contra que laevitatem, inducens quippe hiatum, cf. 1, 17, 6. 3, 8, 9., ut aliud pron. edd. e confuſione ſolenni, cf. 1, 5, 7. 12., manente P. cum Mss. in illo Stp., ob contextum, et quia refertur ad ſolum imperatorem e §. init. ἐπειράθην, denique Noſtri formula tota, quod repererim, ducta e Lat. maxime, cf. G. Th. *prov.* e Liv., ad *certamen*, ſed e Cic., ad *pugnam*, at ſimul e Gr. analog., cf. πρ. εἰς μονομαχίαν Ael. V. h. cum Diod. S. it. ἐς ἀγῶνα Luc. et cum ſyn. dat. ap. Hom. πρ. χάρμῃ, it. ib. cum ſyn. inf. nudo πρ. μαχέσασθαι, vel ſimul cum ſubſt. ἐν δηϊοτῆτι

„μάχην. μὴ δὴ [c] μέλλωμεν, „μηδὲ [f] ὀκνῶμεν· ἀλλ' οἱ μὲν „πρεσβύτεροι ὑμῶν [g] ὑπομνή„σατε ἑαυτοὺς τροπαίων, ἃ „μετὰ Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου, „τοῦ ἐμοῦ πατρὸς, ἠγείρατε „πολλάκις κατὰ βαρβάρων [h], „οἱ δ' [i] ἐν ἀκμῇ ὄντες [k] δόξης „καὶ κλέους ἐπιθυμήσατε [l], δεί-

12. *nos ad bellum. Ne ergo cunctemur, neque tergiverſemur, ſed vos quidem ſeniores in memoriam revocate vobis tropaea, quae cum Severo, et Antonino meo patre, excitaſtis ſaepe adverſus barbaros: vos autem, qui aetate vigetis, laudem et gloriam concupiſcite: et oſten-*

c) μὴ omiſſum vitioſe in Bs. 2, R., ut δὴ in ſocia L., ſed mendoſe μέλλομ. Bs. 1. L. f) μὴ δὲ Ms. Ba. cum ed. A. et Bs., cf. 6, 2, 9. ſq. g) Comma hic in A. al. it. Stp. rel. v. N. h) Hic punctum in A. al. et colon in Stp. rel v. N. i) δὲ Ms. Ba., ut ſ. 8., ſed οἰδ' una voce A. al. mendoſe iterum. k) Comma hic defuit modo in ed. Bs. 1. R. v. N. l) Ms. Ba. ἐπιθυμήσαντες, δείξατε ἄρα, ὅτι καὶ εἰρ. ἄγειν ἔχειν πράως λ., at Ms. Ve. ἐπιθυμήσαντες δείξατε ὅτι ἄρα καὶ εἰρ. ἄγειν ἔχειν πράως λ. quod poſtr. adv. ſic cum iota habetur in Bs. 2. L. al., ſed ſine eo in A. al. et Stp. rel., cf. 6, 1, 14. 24. v. N.

μὴ δὴ) Leisn. in m. Bc. 2. „quaeſo“ cf. 1, 4, 8. 2, 1, 17. 3, 11, 14. qui tamen ib. 2, 8, 12. 2, 13, 5. cum Bg. hic, qui nobiscum e P. Syn., cf. 5, 3, 14. 1, 17, 4., it. ad μελλ., non vero ad ſq. ὀκν., ubi Stp. Th. v. i. „*ne* ſegnes *ſimus* h. e. (e P.) ne praelium detrectemus“ quod cum pr. ſimul cf. 2, 2, 21. et ad 2, 1, 17. *illa e Dem.*, ubi primum *τί ἀναδυόμεθα; ἢ τί μέλλομεν;* cum Bg. ſecundo, qui in ſqq. diſcedit a P. *liberrimo*, ubi *comma edd. poſt ὑμῶν* additum, opinor, ut ne quis regeret cum ſq. v. ὑπ., ubi ſeverius licuit, *ſeniores veſtrum*, et Leisn. in m. Ms. Bg. revocate *nobis* „Gr. *vobis*“ quod et ſic correximus, pro vitioſo ſcribae, dum et P. errat in ſenſu, non item Sch. „*admonete* vosmet — ipſos *trophaeorum*“ qua formula ſaltem ſervatur caſus Gr. gen. et ſenſus conſit idem cum Bg., cf. G. Th., ut 6, 2, 11. in ſqq. victorias, ubi Noſter, quod ibi tacuerat, addit de Caracallo, quem patrem hic ipſe Alexander profitetur, cf. 5, 7, 5. ſq. Sed ad v. ἠγ. Bg. e P., aliter, quam ſupra, cf. 3, 6, 16., ubi P. in adv. πολλ. ſeverior, hic idem liberalior in addito adv. ad v. ὑπ., cf. 4, 13, 5.

οἱ δ' ἐν ἀ.) Variatur pro ἡλικίας ἀκμῇ §. 2., conflata formula tota ad analog., cf. Exc. ad. 1, 3, 3. i. et Call. Cer. v. 34. *ἔχων θεράποντας εἴκοσι, πάντας ἐν ἀκμᾷ, omnes* florentes *aetatibus*, oppreſſo particip. *ὄντας*, pro pleno *hic*, quibus augebitur L. Bos. Ell. p. 396., dum, deſerto P., libere Bg. it. Sch. in „*ἐν* — *eſſe* aetatis *integrae*“ pro *qui* in *aetate* vigente *eſtis*; ſervante Latt. ad ſqq. Bg. e P. (qui liber, additis tum pron. demonſtr., cf. 5, 8, 16., tum adv., cf. 6, 1, 19.,) ſed Noſtro variante forſan cum 4, 3, 6. *φήμῃ καὶ δόξῃ ἀρίστῃ*, iunctis per analog. v. ἐπ. cum ſubſt. duobus et his ſecum, cf. Ael. V. h. 10, 13. e. *τοιοῦτον κλέος ἀπολιπὼν καὶ τοιαύτην ἑαυτῷ φήμην, tale* decus *talem* que *famam*, et ſine Ind. ap. Polb. 2, 580. m. *ἐπαίνου καὶ δόξης λ.* it. Plut. Hs. 16, 1. e. it. G. Th. *concupiſſe* — *gloriam*, e Cic., it. in hoc ſubſt. 817, 94. 102. p. ſq. 29. 40. ea *eſt* gloria *et* laus *recte factorum*, rel. — *in* ap-

„ζοντες, ὅτι ἄρα καὶ εἰρήνην ἄ-
„γειν πρᾴως καὶ μετ᾽ αἰδοῦς
„ἐπίϛασθε, καὶ τὰ πολεμι-
„κὰ, τῆς χρείας ἀπαιτούσης,

*dite, quod et in pace manſue-
ti ac verecundi eſſe ſciatis,
et rem bellicam, neceſſitate exi-
gente, fortiter adminiſtretis.*

petenda *gloria* rel. it. deſiderat *virtus* mercedem *laudis* gloriae *que*, — *floruit* Graecia *fama*, gloria — *et* laude *bellica*, cf. in poſtr. ſubſt. 45, 23. ſq.

ἐπιθυμήσατε) Mutatum in Mss. modum ſ. tempus habuimus, cf. 5, 8, 12. ἐρωθ. 2, 13, 12. φονευσ. et 1, 6, 3. ὑπομιμν., ſed non, ut hic, in duobus v. v. ſimul; unde, cum et tertius Ms. taceat, violentia librarii patet, etiam e P., quanquam liberiore in Lat., reſolvendo particip. per finalem particulam ἵνα, (ut Bg. ſeverius per meram copulam, cf. 2, 4, 14.) denique e contextu, dum, quoniam librarius non ſimul mutavit prius v. finitum ὑπομνήσατε in participium, non animadvertit, vulg. δείξαντες cum rel. adiunctis referri ad utr. militum genus, ad ſeniores et iuniores, ad quos poſteriores ſolos novitas Mss. pertineat, quod non procedit, cum et caetera ſint communia utrisque militibus illa poſt ὅτι ἄρα, in quibus tranſpoſitis a Ms. uno eadem res eſt, quae 5, 3, 18. m., niſi quod hic P. quoque negligit particulam ἄρα, ut et Bg., ſecus ac l. l., in cuius Bg. Ms. cum Leisn. nihil, quam ut „*oſtendite*, quia *et*“ ſtringeret plumbo, linea ſubtus ducta: equidem hic repoſui ſtatim alteram cauſalem, ſecus ac 5, 4, 18., quoniam ipſe Bg. ſic ſcripſerat poſt idem Lat. 1, 13, 12. m. qui et ſeverior in dupl. καὶ — καὶ τὰ πολ. (pro *tum-tum*) quam P., qui tamen reſpexerit tertium καὶ, illis interiectum, in καὶ μετ᾽ λ., ubi ſuffecit Bg., e P. etiam.

εἰρήνην ἀγ.) Tertiam hic Mss. duorum partem ſeparatim damus, ut Nota ſit brevior. Ibi ergo novus inf. ἔχειν fluxerit e marg., cum ſtetiſſet ibi vel ut interpretatio qualiscunque illius vulg. ἀγ., vel lectionis varietas, in Cod. aliquo reperta, ex errore ſcribae, vel denique per comparationem aliorum locorum, quoniam duo v. iſta ἐχ. et ἀγ. variant, non ſolum in aliis formulis, cf. 3, 11, 13., ſed etiam in ſimillimis noſtrae, v. c. ἡσυχίαν ἄγειν, ap. Herdt. 515, 31. 579, 68., cf. Hs. Plut. p. 170. N. 4., ad cuius παῤῥησίαν ἄγειν v. Weſſ. ad Diod. S. 1, 693. N. 86., qui ad l. l. Herdt. cenſebat, ad ſenſum perinde eſſe ἀγ. et ἐχ. ἡσυχίαν, quod et inveni ap. Rs. Or. V. 4. et Dem. cui add. 45, 5. 52, 11. 188, 22. (et per aliam cauſam 92, p.,) ut ad ἀγ. ἡσ. 38, 5. 40, 5. 42, 26., ſed iuncta 74, 21. τὴν εἰρήνην ἄγων ἡσυχίαν εἶχεν, λ. diverſo adeo ſenſu. Enimvero εἰρήνην ἔχειν mihi quidem non eſt deprehenſum ea notione, qua hic eſt reſpondet que illi alteri εἰρήνην ἄγειν, cui ſupra probato ad 3, 9, 16. add. e Luc., ubi Gs. ter reddit Lat. *agere*, ſemel *habere*. Tum ἄγειν τὰς σπονδὰς ap. Bud. C. 513, 26. redditur *obſervare*, at Xen. Ind. Bach. „inducias *conſervare*, in iis manere.“ Iam εἰρήνην ἔχειν uti reſpondet ſuperiori ἡσυχίαν ἔχειν, ita eandem *obſervandi* ſ. *conſervandi* notionem habere poteſt ex eo, quod ἔχειν et ipſum valet pro *tenere*, ſumtum pro compoſ. κατέχειν, cf. 1, 3, 8. et Fi. Aesch. Itaque per ſe quidem iſta duo Mss. verba unum ſunt idem que: at verior lectio vulg. videtur, tum quia ſervatur a tertio Ms. Vi., tum quia nova per ἔχειν non reperta eſt alibi, quanquam habens analog.

„γενναίως κατορθοῦτε. τὸ „δὲ βάρβαρον πρὸς μὲν τὰ [m] „ὑπείκοντα καὶ ὀκνοῦντα θαρ„σύνεται [n]; τῷ δ᾽ ἀντιπίπτον-

13. *Quippe barbari adverſus cedentes quidem ac tergiverſantes fiunt audaces, repugnantibus*

m) Omiſſum τὰ in ed. Bs. 1. R. mendoſe. n) θρασύν. Ms. Ba. v. N.

denique quoniam in vulg. manet quoque P. per ſuam phraſin *pacem — colere*, (quia per hanc alii illam Gr. ſic reddunt, cf. If. Ev. et laud. ad 3, 9, 16.) non explicatam a G. Th. nec ad Ovid. Met. 11, 297., ubi tamen ſq. quaedam explic. *Culta* mihi *pax* eſt; *pacis* mihi *cura* tuendae *Coniugii* que *fuit*, quae poſtr. nec ipſa eſt ap. G. Th., ſed ſyn. *ſuſtentare — pacem*, cf. Ind. Liv. Ern. „colere — *beneficium*, i. tueri" et G. Th. „colere — *aevum*, i. aetatem agere" dum Bg. agit liberius, deſerto etiam P., qui ſaltem adiunctá retinuit adv., mutata formula εἰρ. ἄγ. in abl. ſubſt. cum praep. et v. ſubſt., ſed adv. in adi., pendentia ab hoc v. ſubſt., pro ſeverioribus *oſtendite*, quam *ſcilicet* et *pacem* agere *manſuete* ac *cum verecundia ſciatis*; conſtante Noſtro omnia ex analog., tum v. ἐπις. cum inf., (cf. Dem. ſine Ind. 656, p., praeced. ſyn. l. 26., ap. Stp. Th. aliunde,) tum in phraſi εἰρ. ἀγ. cum adiunctis, (cf. ad πρ. Dem. cui add. 753, 6. p. ſq. l. 21., ubi cum iota, ſed ſine eo ex eodem ap. Stp. Th., cf. Hſy. Poſſ. Call. Harl. Chr. Fi. The. et Ae. Xen. Z. Pol. Cyr. et Ἀνβ. Ael. V. h. et Luc., ſed ad μ. αἰδ. 3, 8, 10.) it. ad ſq. membrum, ubi liberrimus P. deſeritur etiam a Sch. in „κατ. *cum* bono *ſucceſſu* facitis *fortiter* res *bellicas*, (ubi Stp. Th. 2, 1442. A. e. ſine Vs. ſub" feliciter conficio „dum Bg. ſumit iterum in notione ſimpl. pro facere ſ. curare, cf. 4, 10, 8. οἷς ὁ πόλεμος κατορθοῦται, pro quo varietur hic) χρ. neceſſitate *poſcente*" partim ex Ind. Sb. „uſu *poſcente*, i. neceſſitate" quod per variationem pro 3, 10, 2. ὡς ἑκάςῳ ἀπήτει τὸ χρειῶδες et 5, 5, 3. τῆς ὥρας — οὕτως ἀπαιτ., omiſſo adv., cf. in Bg. formulam obliquam ap. G. Th., ubi et *neceſſitas — flagitat*, non item illa Sb.

τὸ δὲ βαρβ.) v. ſupra 4, 15, 15. *Stroth.* qui reſpicit ſententiam, hic variatam, dum Noſter commutate ſcribit pro οἱ βάρβαροι §. pr. m. et 3. cf. 1, 3, 15. 1, 5, 26. cum Gottl. Plat. Menex. p. 42. N. 100. e., quo ſpectat Bg. e P., unde et partim in rel., maxime in δὲ, pro cauſali, cf. 5, 2, 9., tum in neutris particip. plur. per maſc., (cf. Sch. in „ὀκν. *detrectantia* pugnam, h. e. detrectantes" partim e P., ut plene Stp. Th. v. i., tacens hinc in pr. ὑπ., in quo utr. ſcribitur ex analog., et per enallagen generis atque ellipſin iterum ſubſt. μέρη ſ. μόρια, ſc. τῶν πολεμίων ſ. ἀνθρώπων, tacitam quoque ap. L. Bos., cf. Bau. Phil. p. 64. m. e Thuc. „πρὸς τὰ ὑπεραυχοῦντα διακινδυνεύειν, pro τοὺς ὑπεραυχοῦντας" et pr. p. e N. T. 1 Cor. 1, 28. τὰ ἐξουθενημένα, pro quo ib. 6, 4. diſerte τοὺς ἐξουθενημένους.

θαρσύνεται) Etſi variare ſolent alias affinia θάρσος et θράσος, cf. 1, 6, 15. it. θρασὺς et θαρσὺς, cf. 1, 8, 11. e.: tamen non deprehendimus variare ſecum duo verba, inde derivata, quorum illud Ms. θρασύνω et med. θρασύνομαι, praeter Stp. Th., habui ex Poſſ. Ca. Ariſt. Kuſt. Xen. Hell. Polb. Luc. Ind. in N. Dem. Thuc., ſed ſine Ind. Is. Pan. M. p.

„τι οὐκέθ' ὁμοίως ἀντέχει o· *autem haud perinde reſiſtunt.*
„ἐπεὶ μὴ ἐκ συστάσεως αὐτοῖς 14. *Quoniam ipſis non colla-*

o) Comma hic in A, al., colon in Pat, cum ed., ſed punctum in Stp, rel, v. N.

12. i. πρὸς οὓς ἔτι μικρὸν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ θρασυνάμενος, W. 61, 30. ad *eos* igitur *ubi* me *paulum* etiam *iactaro*, it. Hſy. 1, 1681. m. θαῤῥῶ, θρασύνομαι, ſed ſolum act. θαρσύνω ap. Stp. Th. Hom. cui add. Ἰλ. κ', 190. Hesd. Thom. M. p. 435. Rs. Or. V. 4., ſed ſine Ind. Ael. V. h. 2, 1. tit. cum N. et Thuc. 144, 7. cum p. 321. N. 84. Unde in Ms. poteſt gloſſa putari generis eius, quod vulgaria ſubſtituit rarioribus ſ. exquiſitioribus, cf. 5, 3, 13. cum et affine adi. θαρσὺς in rariſſimis poſuerint Stp. Th. et L. Ern., qui utr. tacent de med., (ut lib. de V. med.) ex eorum act. notione pro „fiduciam *afferre* ſ. *addere*“ explicando per *fiduciam* addere *ſibi* ſ. ſumere ſibi, quae phraſis ſyn. eſt illi Bg. et lectioni vulg. convenientior, etiam ex illo diſcrimine, quod intercedit inter affinia ſubſt. θράσος et θάρσος, ut prius ſit *temeritas*, ſ. audacia in malam partem, ſed poſtr. audacia bonae notae, atque adeo virtus bellica, animus, fortitudo, pugnandi alacritas, cf. laud. ad 1, 6, 15. Ubi cum tamen dixerimus, de differentia illa adhuc ambigi, et recentiorum modo illam eſſe putari, cf. ib. laud. Schol. ad Eur. et Praef. ad Thuc.: ni, ut in ſubſt. illis, ſic in verbis incidit confuſio ex elementis maiuſculis, habeas gloſſam alterius modi iſtam e comparatione aliorum ſcriptorum.

τῷ δ') reſiſtentibus *et* repugnantibus *non* aeque *reſiſtunt.* Sic Lucas Act. 7, 51. utitur verbo ἀντιπίπτειν, ad quem locum v. Inttp. *Leisn.*

Per meos quidem Indd. non me id v. reperiente, niſi ap. Polb., noſtro que ſenſu ib. modo ſemel „repugnare E. L. 25.,“ ubi 2, 578. e. πρὸς τοῦτον αὐτοῖς ἀντιπεπτωκέναι τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων, *ut* cum *eo* rege — *ipſa* rerum *natura* ipſos *commiſerit*, de re adeo, ut iterum ap. Abr. Dl. Th. p. 614. i., ubi tamen etiam de pers. e Xiph. S. 143, 21. Κάτων δὲ τῷ Πομπηίῳ τὰ πολλὰ ἀντιπίπτων, Cato *ſaepe* Pompeio *adverſari*, extra bellum adeo, ſed ap. Hſy., ibi quoque productum, 1, 394. m. ἀντέπιπτεν, ἐναντιοῦτο, nihil in N. quam Leisn. ille locus N. T. cuius Lex. Schw. in N. erravit de „Raphel. ex Xenoph.,“ ut ex analog. hic tantum ſcribatur de hoſtibus in bello, nec Stp. Th. tale quid tenente, ubi Sch. „repugnanti *rei*, h. e. viris repugnantibus“ ſupplens ſubſt. πράγματι, pro rectiori pers. ἀνθρώπῳ ſ. πολεμίῳ, dum Bg. e P. retinet plur., cum Noſter variet per ſing., cf. 4, 5, 4., ſed in οὐκ. ὁμ. ap. Phil. p. 749. D. m. οὐκ ἔθ' ὁμ. non *amplius*, ſed per Vs. liberam ib. 762. D. i., ut diviſa quoque affert Sch. in οὐκ. ſine Vs., pro libero P. et ſyn. Bg., ſeverius antea reddente Leisn., et ſine Ind. ap. Dem. per noſtram ſcripturam 33, 19. cum 193, 8. οὐ γὰρ ὁμοίως — καὶ, ſq. ſyn. l. 11. οὐχ οὕτως λ. quae add. ad 2, 3, 19., at ſq. ἀντ. cum dat. pers. (ubi Bg. e P., ut Sch. partim „reſiſtit *repugnanti*“) ex analog. cum Thuc. Ind., ubi et ex 11, 41. οὐκ ἀθρόοι, ἀλλὰ μέρει τῷ ἀεὶ παρατυχόντι ἀντεῖχον, *haud* frequentibus *copiis*, ſed *quadam* exercitus *parte*, quae *forte* ſemper *praeſto erat*, Troianis *reſiſtebant*, cum alio dat. ſ. abl.

ἐπεὶ) Quoad diſtinctionem, res pendet a notione particulae ἐπεὶ, cf. 4, 5, 11. 2, 1, 4. 2, 3, 19. 21., dum P. per ſuum *enim* facit pro puncto, poſt quod Bg. hic in ſingulari enunciatione utitur ſuo Lat., cf. 1, 10,

„ἡ μάχη κατὰ τῶν [p] ἀντιπά-
„λων [q] ὑπισχνεῖται τὸ εὔελπι [r]·
„ἀλλ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἢ φυγῆς
„κερδαίνειν νομίζουσιν, ὅπερ ἂν

ta acie facta dimicatio cum ho-
ſtibus pollicetur bonam aliquam
ſpem, ſed incurſando aut fugi-
endo lucrari ſe putant, quae ob-

p) κατὰ ἀντιπ. Ms. Ba. omiſſo iterum artic., cf. §. 2. 6, 2, 7. e., ſed ſecus 3, 12, 25. e. q) Hic comma fuit in ed. Bs. 2. L. cum Ms. Bg., ubi et Leisn. id deleb. plumbo. r) Rurſus hic per edd. comma, etiam tacite in Mss., ſed rectior noſtra diſtinctio in alia conſtructione.

9. 2, 13, 16., ubi melius erat *nam* poſt punctum, aut *quoniam* poſt comma colon ve. Idem Bg. Ms. praebuit comma poſt ἀντιπ., incommodum illud, ut in continua rectione et enunciatione ſingulari, in edd. factum modo, ne κ. τ. ἀντ. regeretur cum ſq. v. ὑπ., ſed cum pr. ſubſt. μ., cf. 2, 3, 22. poſt μεταβολ., ſed in variatum ordinem 4, 15, 9. τὴν ἐκ συς. μαχ., ubi, ut et in aliis ſyn. 3, 4, 18. 4, 7, 2. longius hic Bg., expleto particip. γινομένη ſ. γενομ., hauddubie ob adiunctum, a P. neglectum κ. τ. ἀντ., ubi Sch. „adverſus *hoſtes* oppoſitos" per veriorem notionem praep., cf. 2, 9, 13. et in ἀντ. de pers. ſine Ind. ap. Dem. 210, 14. ſupraque 3, 13, 4., dum Bg. a P. diſcedit quoque in τὸ ἐ., cf. §. 9. e., ubi ex analog. omnia conflantur, ſed ſenſum pervidit P. niſi et ad ſqq. reſpiciatur ſimul, pro pugna contra hoſtes ſtataria non praebet iis ſpem bonam ſ. magnam lucrandi aliquid, ſ. in pugna ſtat. non ſperant valde, ſe quid lucraturos, conſecuturos victoriam cum praeda.

ἀλλ' ἐξ) Variante Noſtro cum 1, 6, 25. δι' ἐπιδρομῆς καὶ ἐφόδου λ., P. deſerit Bg., etiam in liberis advv. ad νομ., cf. 5, 2, 8. et ad ſq. membrum, cf. 6, 2, 14., aliter que etiam Sch. „κερδ. *lucrari* ex *rapina*, σχ. *habeant* raptu *parta*, (partim ex Ind. Sb. „*raptu* partum *habeant*" at ἁρπ.) δι' ἁ. ἔχειν τι, *rapere* aliquid" quam in ſententiam videas aliquam explic. et veluti clavem 6, 5, 8. τοσοῦτον ἀποκερδήσας, ὅσα ἂν ἐξ ἁρπαγῆς αὐτῷ περιγένηται, ut priora adiuncta ἐξ ἐπ. — ἢ φ. per ſe capiantur, modum definientia tantum, ſed reliqua demum cohaereant ſecum, ſed putant pro ſat magno lucro, quodcunque conſequantur raptu; neque adeo plenam victoriam in pugna legitima appetunt, ſed contenti ſunt iis, quae rapuerint, celeriter incurſando et retro fugiendo, quae de Orientalibus illius temporis dicta a Noſtro, legimus ſane hoc anno (1788) adhuc in uſu ac more eſſe Orientalibus recentioribus et Turcis. Unde Bg. bene etiam in σχ., liber modo in numero ad ὅ π., Noſtro ſcribente ex analog., tum in ἐκ φυγ., tum in νομ. κερδ., forſan e Lat. formula *in* lucro *ponere* ſ. *deputare*, cf. in hoc v. G. Th. „cenſere, exiſtimare, judicare" et Weſt. ad Ter. Phorm. 2, 1, 16. e Cat. „pro lucro tibi pone diem, quicunque ſequetur, — ἦμαρ ἐπερχόμενον πᾶν κέρδεος ἀντιλογίζου" it. in σχ. rel. cf. G. Th. *de* raptu *concepit*, et *de* ſ. *ex* rapto *vivitur*, at Stp. Th. 3, 1660. e. ſine commate poſt ἀντιπ. et cum νομίζουσι memoriter „ſubitis *excurſionibus* ſ. *incurſionibus*, (per ſyn. abl. Pol.,) ut et hodie quidam barbari" cum formulae ἐξ ἐπιδρ. aliunde exemplis, quibus add., praeter Hſy. 1, 1284. i. ſine N. ἐξ ἐπ., ἐξαίφνης, Dem. Ind. ſine Vs., ſed Dion. C. „cum impetu, raptim, obiter" ſed ap. Herdt. 4, 100. οὐ καταστροφὴ ἐγένετο τῶν πολίων, ἀλλ' ἐξ ἐπ. ἁρπαγή, non

„σχῶσι [s] δι' ἁρπαγῆς. ἡμῖν „δὲ [t] καὶ τὸ εὔτακτον [u] ἅμα τῷ „κοσμίῳ ὑπάρχει [x], καὶ νικᾶν [y] „αὐτοὺς ἀεὶ δεδιδάγμεθα."

Τοιαῦτά τινα εἰπόντα τὸν Ἀ-

15. *tinent per rapinas. At nos cum omnia compoſita ordinataque habeamus, tum etiam illos vincere ſemper didicimus.*

Talia quaedam locutum Ale-

s) Iterum comma hic in A. 2. cum Bs. 1. v. N. t) τὲ καὶ A. Ms. Ba., quoad ſervatum acc., ut 5, 4, 18., ſed de nova lect.; quae et in A. al. per ἡμῖν τε ſine acc., v. N. u) Par. ἡμῖν τε εὔτακτον, καὶ τὸ εὔτακτον ἅμα λ. mendoſe repetito vocab. x) Colon in Ms. Ba. cum ed. Pat., ut punctum in Bs. 2. L. v. N. y) Sine iota A. al., ut 4, 15, 10. e.

urbes expugnavit, *ſed* per *incurſionem* egit *praedas*, immo *non everſio* erat *urbium*, ſed *per* inc. *rapina.*

ἡμῖν δὲ) E P. ſervat Bg. cum ordine particulam vulg., (ubi Ms., ut 6, 2, 19.) et deinde rel., primo enunciationes copulatas per *cum* — *tum*, ſic quidem, ut particula *cum* regat coniunctivum, pro *tum* cum indicat. etiam in primo membro, (quo de praecepto tacentes, exemplum modo proferunt G. Th. in *cum* 1310, 52. et Hor. T. p. 202. Nr. 4.) pro *et* — *et*, quo ſenſu ubi Gr. noſtrae ſumantur καὶ — καὶ, prior particula non erit ſuo poſita loco, ſed intra initium enunciationis, ut ap. poëtas Gr. et Lat., et ſupra in γὰρ καὶ 2, 2, 6. 6, 1, 23. Alioqui fuerit pro *etiam*, i. e. praeterea. Tum e P. ſunt, praeter aſſumtum adi. πάντα, cf. 6, 1, 22. 3, 6, 1., neutra plur., neglecta ſimul formula per ἅμα, ubi licuit, *ſed*, tum *nobis* ordo bonus *cum* moderatione *adeſt*, tum *vincere* illos *ſemper* docti *ſumus* ſ. *edocti*, quo in poſtr. Gr. v. Bg. e P. quoque, cf. 3, 4, 20., ſed in variationem 2, 4, 7. τὸ εὔτ. καὶ κόσμιον, ſed ib. §. 2. τὸ κόσμιον καὶ εὔτακτον, per ordinem et ſyn. copulam, (unde etiam Bg. e P. per *que*, cf. 1, 17, 23. m.) et 3, 8, 10. καὶ εὔτακτον μετ' αἰδοῦς πρὸς ἄρχοντας, quoad τὸ κοσμ. pro modeſtia in obſequio erga duces capitur, quod Bg. e P. acceperit pro ſyn. prioris, cf. 2, 4, 2. et aliter variatum 4, 14, 15. ſq. τῇ συνήθει Ῥωμαίοις εὐκοσμίᾳ τασσόμεθα — τὸ μὲν τῶν βαρβάρων ἄτακτον πλῆθος, — τὸ δ' ὑμέτερον, εὔτακτόν τε ὂν καὶ συγκεκροτημένον, λ.; ſine Vs. reſpiciente huc Hm. ad Plut. Hs. p. 142. N. 1. e., ubi ex analog. copulantur illa ſubſt. per ἅμα, et cum v. ὑπ., poſt quod v. fecerint editores diſtinctiones maiores ob ſq. enunciationem alius rectionis et oppreſſum pron. ἡμεῖς, in pr. caſu alio ἡμῖν latens.

νικᾶν) Anacreon contra ſimili modo de Cupidine dicit δουλεύειν δεδίδακται Od. 30, 9. *Stroth.*

Variat Noſter cum 3, 9, 13. νικᾶν γὰρ πάντοτε ἐν ταῖς μάχαις εἰθισμένος, (ὁ στρατὸς τῶν Ῥωμαίων) per adv. et ſine adiuncto ἐν τ. μαχ., ducta formula forſan e Lat. illa ap. G. Th. 247, 24. doctus „vincere, Mart. 5, 25."

Tum ap. Poll. 1, 82. N. 85. inter navis genus ſunt βαρεῖς, et in N. accentum volunt retrahi βάρεις, ſed tamen extare etiam βαρὶς, ἴδος. Qua poſtr. forma reperi tantum praeterea ap. Schol. Aeſch. Perſ. v. 551. βαρίδεσσι — βάρεως — αἱ νῆες βαρίδες, repetitis his ad Lyc. v. 745. 747. a Potter. cum βάρεις it. βᾶρις — βᾶριν, (ut Ind. Aeſch. Pav.) cf. in varias notiones Schol. ib. Steph. Byz. Ammon. cum An. V. p. 44., ubi locus Eur. editus βαρβ. βαρίδας, Ioſ. 1, 542. ſ. 7. m. βάριν, *turrim*, cum N. 5. de navi et arce, it. p. 557. ſ. 6. m. βάρει, *turri*, it. p. 737. l. 6. ἀπὸ τῆς βάρεως, *arce*, ſed p. 963. e. τὰς βάρεις, *arces*, at 2, 23. ſ. 48. i. βάρις, *turris*, (cum Toup. ad Suid. 2, 84.) Lex. Herdt. p. 174. b. m., ſed per accentum βαρίς, pro navi tantum, Greg. p. 247. cum N. Koen. 31, Herdt. Ind. 123, 2. 132, 5. 191, 54. 147, 18. cum N. et Gs. Chr. (et huius Th. v. *baris* cum Heyn. ad Virg. Ae. 6, 414.) Barn. Eur. Dd. S. 1, 103. l. 50. et p. 108. l. 54. cum N., denique M. O. Nov. 4, 239. e. „βάρεις ἐπιχωρίως λέγονται παρὰ Σύροις αἱ μεγάλαι οἰκίαι λ.“

Iam, miſſo P., (quo de vere Scheid., ſed ut nec reddiderit v. ἐμπ.) cum Bg. quoque oſtendat notionem illam Gedik. et Stroth., ſed huius notionis nominativus, βάρις e grammaticis regulis formis que praebeat modo acc. plur. βάριας, contracte βάρις, aut Ion. βάρεας, contr. βάρεις, quae poſtr. putatur Attica: ille vulg. acc., conveniens tantum in primae declinationis vocabulum ſuperius, ſed per notionem ab hoc loco abhorrens, olim abire debet in aliquam ex propoſitis formis, cum et Bengelii iſta βαρύας nullibi deprehenſa ſit mihi, nec ad Hſy. l. l. firmata exemplo ſcriptoris cuiusdam. In primis autem inclino ad hanc βάρεις, quoniam ſupra potiſſimum aliis probata eſt, et in hac medicina leniſſima valet, mutando unam modo litteram, α in ι, quae etiam alibi confunduntur, cf. 2, 1, 15. 5, 3, 25. 7, 5, 7.

Poſt hanc criticam partem ſequatur ſimul altera exegetica, ubi Sch. „ἐμπ. obvias *quasvis*, περ. quum *circumcidiſſent* ſ. *abſcidiſſent* de ligneis rebus ita dictis particulam ligni, quibus loco clavorum uterentur, καταπρισ. quum *ſerra* diſſecuiſſent *ligna* ad *formas*. Pol. alii que legunt καταπρήσαντες ξύλα, praeuſtas *ſudes*; Sb. *amburendo* formantes *ligna*, παρ. *figuras* quasvis *obvias* ſ. ex tempore ſ. ut obvenerit *fingendas*, τχ. παρ. in *formam* quam *quisque* ſubito *poterat* aptata *ligna*, (ſic in poſtr. fere cum Stp. in m.) προβλ. ad *tuendum* corpus *aptabat* ſ. obiectabat *ligna*" in his partim e P., partim e Sb. Ind.

Sed ego tantum reperi v. περιτ. phyſice in act. cum acc. rei ap. Hsd. et paſſ. de hominibus L. N. T. cum lib. de V. med. et Dd. S., tum tropice „τὴν ἀρχὴν, imminui" Polb. et affine περιτάμνεσθαι proprie de hominibus Gs. Chr. ex Herdt. 120, 6. quod add. Ind., ubi eſt modo med. cum acc. rei, pro incidere, brachia, in ſecanda vena, tum tropice, pro diripere, βοῦς, Hom. cum Hſy. Unde, quanquam Bg. liberius, tamen dederit ſuum Lat. pro aſſeres, e navigiis decerptos, utroque latere, incidere et reſecare, ut clypeorum formam qualemcunque praebuerint. Nam de ſudibus hic cum Sch. nondum cogitem, quae videntur potius ineſſe demum in ſq. ξύλα, utpote quae *ligna*, deprehenſa ſimul in navigiis, vel alibi, non vero ita lata, ut aſſeres, ſed anguſtiora, per ſerras diſſecta, in ſudes et fuſtes aptarint. Saltem navigia, ut totum cogitata, inciderint et diſſecuerint, et horum ligna, ut partes conſiderando, ope ſerrarum diſſecta, compoſuerint in formas quaslibet, vel clypeorum, vel fuſtium.

Sed, opinor, clypeorum maxime, quia ſudibus et fuſtibus non ita opus fuit ob pr. arma, ξιφίδιον, πέλεκυν, δοράτια, et Gr. πρόβλημα, (ut προβολή et v. προβάλλειν ſupra) praeſertim de ſcutis dr., et hic in primis ob gen. τοῦ σωμ., adiunctum per analog., ubi Sb. Ind. „ad *defenſionem* corporis *obiectabat*" cf. in varia Bud. C., ſed abſolute Foeſ. Xen. Cyr. Di. H. S. T. 1., at cum v. ποιεῖσθαι Dd. S. Polb. 1, 270. m. 445. e. (ubi et tropice, cf. Long. Mor. Hſy. Suid. Poſſ. Ca.) ſed cum aliis gen. rei, phyſice aut tropice, So. Ai. Lyc. Rs. O. V. 8. Demad. Demoſth. Ael. V. h. Ioſ. 1, 858. ſ. 7. i. at cum gen. alio alius notionis, reſolvendo per pr. *contra*, etc., V. Eur. Phoen. et ſupra 3, 1, 8.

Et ad ſcuta tantum, variae figurae, longa, brevia, rotunda, quadrata, etc., referri etiam queant Noſtri τὰ παρατυχόντα σχήματα, itidem per analog. modo copulata, ubi Bg. perite particip. ſumſit pro ſimpl. τυχόντα, cf. 1, 3, 15., ſed in v. παρ. varie Thuc., at de rebus, abſolute, τὰ παρατυχόντα, *obvia*, Dd. S. 1, 217. l. 3. it. per formulas, ἐκ τοῦ παρατυχόντος Poſſ. Ca. Plut. Hs. it. ἐν τῷ παρατυχόντι Abr. Dl. Th.,

tum *παρατυχὸν*, pro adv. ap. Di. H. S. T. 2., ſed pro verbo, ut *ἔξον*, caet., ap. Suid. cum Vig., ubi et in notionem praep., porro de perſ. *τοὺς παρατυγχάνοντας*, *obvios*, L. N. T. Fa. Ae. Xen. Cyr. et Bach., ſed cum dat. perſ. ib. Z. Pol., at cum dat. rei, *παρατετευχότες τοῖς καιροῖς* Polb.

Denique Sb. Ind. „*καταπρισ.* -- quid. Cod. *καταπρήσαντες*, amburendo *formantes*“ qui modo innuerit editiones, in Var. L. propoſitas, et hauddubie, a P. deceptus dedit ſuam Vs. illam, cui officere videntur adiuncta *τὰ παρατ. σχήματα*, quales figurae cuiuscunque modi *amburendo* vix conſiunt, ut Pol. tenuerit quidem Cod. ſimilem noſtro Ba., ut alibi, ſed in Ms. iterum inciderit aut gloſſa per comparationem ex 8, 15, 8. aut confuſio litterarum in *ι* et *η*, cf. 5, 3, 12. 5, 7, 6. cum in vulg. maneant Mss. rel. et id v.; quanquam mihi non per Indd. repertum, (ſed, praeter *κατεμπρήθω* Barn. Eur., quoque *καταπρήθω*, tantum ſenſu *urendi*, ap. Suid. Poll. Ae. ep. S. Ael. V. h. Luc. Dion. Ca. et ſine Ind. Ioſ. 1, 858. ſ. 6. e.) et ap. Stp. Th. cum Bg. Lat. ſine exemplo, it. L. Ern., tamen habeat analogiam.

Caeterum in extr. parte, ut Stp. Th. ſupra ex memoria poſuit plur. *προβλ.*, ſic Bg. iterum liberior, partim cum P., pro ſeveris *munimentum* corporis *faciebat*, ſtruebat *ſibi*, ſ. *corpori*, cf. G. Th.

Ἡρωδιανοῦ τῆς μετὰ Μάρκου βασιλείας ἱστοριῶν Βιβλίον ὄγδοον y).

Herodiani de imperio poſt Marcum Liber Octavus.

Τὰ μὲν δὴ Μαξιμίνῳ πραχθέντα μετὰ τὴν Γορδιανοῦ τελευτήν, ἥ τε εἰς Ἰταλίαν ἄφιξις αὐτοῦ, Λιβύης τε ἀπόστασις, καὶ ἡ ἐν Ῥώμῃ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὸν δῆμον διαφορά, ἐν τοῖς πρὸ τούτων λέλεκται. ὁ δὲ Μαξιμῖνος, ἐπιστὰς

Maximini acta poſt Gordiani mortem, eius que in Italiam adventus, et Africae defectio, item que Romae militum populi que ſeditio, in antecedentibus declarata ſunt. 2. Cum autem Maximinus

y) In Ms. Ba. verba: Ἡρωδιανοῦ ἱστοριῶν ὀγδόη, minio ſunt picta, et verſus ſingularis locum occupant. *Mart.* cf. libr. pr. et in edd. titulum eundem.

τὰ μ. δ.) Liber P. varie, tum in ordine, tum omiſſis copulis, tum in τὲ ſecundo, ut pr. libr. extr., porro in addito pron. αὐτῇ (cf. 7, 12, 18.) ad Ῥωμ. et ſubſtituto huic nomine πόλει, cf. 7, 10, 13., retentus eſt a Bg. (variante ad τὰ Μαξ. πρ. pro illis ad cap. pr. e., ſed plane opprimente μὲν δή, cf. 4, 11, 12.) tantum in ordine alio pron. αὐτ. et partim ad libera ἥ — διαφ., ubi variatur pro κατὰ τὴν Ῥώμην libr. pr. e., ſed per ordinem et nomen proprium 4, 1, 1. τὰ μ. δὴ πραχθ. Σεβήρῳ.

ἡ ἐν Ρ. λ.) ἡ πρός τινα διαφορὰ eſt *diſſidium* ap. Ael. V. h. 3, 19. it. 12, 53. et ib. διαφέρεσθαι πρὸς ἀλλήλους eſt *a ſe* invicem *diſſidere* 2, 21. *Leisn.*

Qui ſuae hic formulae debuit addere pr. *cum* vel illam Stp. in m. P. „milit. *adverſus* populum *diſcordia*" qui in Th. hinc ſine Vs. ſub iſto Leisn., etiam ap. Sb. Ind., unde Sch. „*diſſid.*, ſeditio *mutua*" dum Noſter de ſuo in adiunctis, ſed ex analog. cum praep. eadem, cf. Bud. C. Rs. O. V. 8. And. Dem. cui add. 188, 11. 895, 9. Di. H. S. T. 1. Plut. Krg. §. 303. Ioſ. 1, 950. i. 2, 88. f. 4. i., etiam de bello ap. Luc. 2, 79. 4. 20. praec. τὸν πόλεμον l, 16., ſed ambigue ap. Gat. ad Ant. cf. Suid. Hſy. Thom. M., ſed in variata ἐν τοῖς πρὸ τούτων per analog. 3, 1, 1. e Dem. 4, 1, 1. 5, 1, 1., quae et per analog. ſunt cum v. λελ., verſa quidem, deſerto etiam P., fere cum Bg. a Sch. in „τοῖς π. τ. *prioribus*" ſed ſine indicio ellipſis ſubſt., quod ſumam minus βιβλίοις, quam λόγοις, tacente L. Boſ. Ell.

ὁ δὲ Μαξ.) P. deſerit Bg. in principio, (ut ſe ipſe in ἐπ. λ. 2, 11, 5.

τοῖς ὅροις, προύπεμψε [z] σκοπούς τοὺς ἐρευνήσοντας [a], μή τινες ἐνέδραι [b] ἐν κοιλάσιν ὀρῶν ἢ λόχμαις ὕλαις τε κρύφιοι

conſtitiſſet in finibus, praemiſit exploratores, qui ſcrutarentur, an aliquae inſidiae in montium convallibus aut fruticibus ſylvis que occulta·

z) Sic nobiscum in una ed. Bc. 2. pro rel. προύπ. cum leni ſimul, cf. 3, 1, 10. 7, 12, 10. e. a) ἐρευνήσαντας Par. mendoſe, cf. 6, 9, 13. b) Ms. Vi. modo ἐν ἐνέδραις λ., ſed Ms. Ve. μή τινες ἐν ἐνέδραις ἐν κοιλ. — ὕλαις τε κρύφιοι εἶναι v. N., ut in μὴ τινὰς Stp. al. et tacite Ms. Ba. 7, 1, 25. 7, 3, 11.

3, 12, 2. 4, 13, 14.) et partim ad ſqq., ex analog., cf. in ἐρ. cum μή 3, 5, 11. e. (ubi Sch. partim e P. „ſpeculaturos") et in conſecutionem temporum Gr. et Latt. Intp. in fut. poſt aor. πρ. λ. 3, 1, 10., ſed in σκ praeter Suid. et Poll., cf. deinde ad §. 8.

μή τινες ἐνέδραι) Non contemnenda videtur codicis Vindobonenſis lectio, *μή τινες ἐν ἐνέδραις*, magis tamen placet recepta. *Stroth.*

Illa Mss. duorum novitas fuerit ſic capienda, ut pron. τινὲς ſtet per ſe de perſ. et hominibus, ſed ſubſt. ἐνεδρ. de loco, ut Lat: *inſidiae*, cf. laud. ad 7, 5, 8. e Xen. Cyr. Sed eadem orta eſſe poteſt errore ſcribarum, dividendo quidem, cum ἐν ἔδραι corrigebatur in caſum legitimum, ſed aliquis, e Cod. alio recipiens ἐνεδρ., retinuit ſimul praep. quam et dixeris fluxiſſe e pr. ες, per errorem tamen in ς et ν ſolennem, quoniam primo P. ipſe cum Ms. Ba. agnoſcit vulg. lectionem, haec autem deinde per ſe non modo eſt commoda, ſed et exquiſitior a tropo et metaphora; me quidem reperiente ap. G. Th. formulam utr., tum *eſſe* in *inſidiis*, tum in ſubſt. 1142, 69. iſti *penitus* abſtruſas *inſidias* ſe *poſuiſſe* arbitrantur *contra* rel. it. in particip. ſ. adi. 545, 24. nullae *ſunt* occultiores *inſidiae*, quam *hae*, rel., porro formulam ſyn. ap. Zoſ. 4, 22, 3. ἐνεδρἀν τινα κοίλοις ἐναποκρύψαντες τόποις, *depreſſis* in *locis* abditis *inſidiis*, ſed in κρυφ. (ubi Stp. Th. hinc ſine Vs.) de re ap. Suid. Hſd. ἔ, v. 787. Muſ., ſed de perſ. etiam Orph., tum pro adv. ap. Eur. Herc. fur. v. 598., at κρύφιον de nomine dei proprio ap. Gat. Adv. et in rem criticam Foeſ. v. κρύφινος, ut hic in Ms. Ve. altero εἶναι manifeſtus error in finibus, nil profuturus ad 4, 12, 15. e.

ἐν κοιλασ.) Λόχμη eſt *fruticetum*, dumetum, *locus virgultis plenus.* Ariſtoph. Schol. ad Av. 202. λόχμη, δασὺς τόπος, πλαγία, σύμφυτος καὶ λοχμώδης. Ubi accipe πλαγία ſubſtantive. Dicere potuiſſet πλάγιος. Ibidem vs. 738. cantilenae avium vocantur μοῦσαι λοχμαῖαι, quia ſcil. aves ἐν λόχμαις canere ſolent. Apud eundem Ariſt. Ἐκκλησ. vs. 61. mulier quaedam, quae nutrierat crines, ait, ἔχω τὰς μασχάλας λόχμης δασυτέρας, alas *habeo* hirſutiores *et* denſiores *fruticeto.* Sic ib. Lyſiſtr. vs. 801. τὴν λόχμην πολλὴν φορεῖς, i. e. valde hiſpidus es, τριχώδης εἶς, ubi λόχμη dicitur πλῆθος τῶν τριχῶν. *Leisn.*

Tres deinceps latebras iungit Noſter de ſuo, ut et cum gen. ὀρ. per analog. primum ſubſt. κοιλ., ubi Sch. „cavitatibus *montium*, h. e. convallibus" quod ſervat Bg. e P. „*in* Alpium *convallibus*" ſubſtituente nomini appellativo proprium, e §. 7. e., ſed Stp. Th. modo ſic „κοι-

εἶεν. αὐτός τε [bb], καταγαγὼν 3. rentur. Ipſe deducto in εἰς τὸ πεδίον τὸν ϛρατὸν, τὰς planitiem exercitu, armato-

bb) Ms. Ba. αὐτὸς δὲ καταγ. v. N.

λὰς, cava vallis, *convallis*, κοῖλος τόπος, ut Theophraſt. loquitur. Herod. l. 8. προύπεμψε (ſic ſine leni, aliter, quam in ed.) σκ. — εἶεν, in *convallibus*" cf. Hſy. κ., ἡ βαθεῖα γῆ, ſed Suid. 2, 384. m., praeter κοιλάδα κλαυθμῶνος et κοιλάδα σκηνῶν, deinde κοιλὰς, τὸ πλῆθος, ἢ τὸ βάθος, ubi, pro Kuſt. ad primum τὸ πεδίον, vicinius ſit τὸ βένθος ſ. τὸ βύσσος, tum abſolute Geop., at pro adi. κοιλάδες πέτραι Dd. S. per numeros pravos, porro pro cavitate ſeu caverna, v. c. arboris, ap. Phoc., pro quo ſyn. κοίλωμα Aeſ. Fa. cum Orph. Polb. et Munth. Sed Sch. in „λ. *locus* virgultis *plenus*, aptus ad inſidias" etiam deſerto P., non item a Stp. Th. ſub „locus inſidiis aptus, locus arboribus denſus ſ. arbuſtis ſ. virgultis. — Herodi. l. 8. προύπεμψε (ſic) σκ. -- κρ. ὦσιν" memoriter in extr., dum ego reperi, praeter Thom. M. p. 572. i. ἄλσος δὲ καὶ δρυμὼν καὶ λόχμη, ἐπὶ ἀγρίων δένδρων, ἱσαμένων ἐπὶ ξηρᾶς, praeter que Dd. S. iterum cum numeris falſis, quoque per varia Lat., ad Hom. Ind. in N. *ſylva*, ſed Ael. V. h. *ſylva denſa*, at in Vs. ad latus *denſior ſylva*, tum ad Luc. *lucus*, prae quibus rectior e contextu et rel. adiunctis interpretatio Bg., conveniens ad ſenſum cum illis Stp. et Leisn., apta que noſtratibus ad *Büſch* ſ. *Gebüſche*, cf. G. Th. „*convallis*, -- planities, ex omni parte montibus collibus que comprehenſa, -- Liv. *in* media *convalle* duorum *montium*, (h. l. Lat. *fauces* et Gali. *defilé*) *frutex*, -- qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit, -- Varro equos ut capras in montoſis potius locis et fruticibus, quam in herbidis campis, (ubi videtur adeo i. q.) *frutetum* ſ. *frutectum* et *fruticetum*, locus fruticibus conſitus." Iam Hſy. λόχμη, ἔνεδρα, ἐπιβουλὴ, ἢ σύμφυτος τόπος ἢ κρύφιμος, (quod adi. ignotum Lexx. cf. Foeſ. v. κρυφιν.) δασεῖαν ὕλην ἔχων, λ., ſed Suid. λόχμας, συμφύτους τόπους, *ſylvas*, et deinde prorſus cum illis Leisn. ex Ariſt. Av., ubi nec correctio Kuſt. ὕλη πλαγία ſenſum fert bonum, ut malim ἡ λοχία, ſ. ἡ λοχία, cum ib. in pr. λοχεῖα (τὰ) ἐπὶ γυναικὸς, λ. λοχία δὲ -- ἡ ἐνέδρα, ut ſint haec aliunde aſſuta, et pars alius ſcholiaſtae, ſicut et ib. extrema συμφ. λ. potius pertinent a pr. τόπος, etiam ex Hſy., qui et in λόχος modo fert, ἔνεδρα, -- κρυπτοὶ τόποι, λ. Caeterum Stp. Th. 3, 1738. D. m. cum lect. vulg. v. ὕλ. prorſus retinet P. ſine neceſſitate ſumtam hendiad.

αὐτός τε) Alia Ms. copula valde arridet mihi, in tacita oppoſitione ad σκοπ. et oppreſſa ad membrum pr. προύπεμψε λ. relativa μὲν, cf. 3, 15, 17. 5, 6, 23. 6, 4, 7., dum Bg. e P. omittit omnem copulam, cf. 6, 5, 23., ſed Noſter per ſe pergere etiam cum vulg. τὲ poteſt, confingens rel. ex analog., ubi Bg. deſerit partim P. ad κατ., etiam ad ἔτ. φαλ. λ., ubi Sch. „ordinavit *aciem* quadrato *agm.* σχ. *ad* quadratas *figuras*, τετρ. aciem *diſponere* agmine *quadrato*" cf. Dem. 123, 26. φάλαγγας ὁπλιτῶν ἄγειν, alio ordine et ſine artic., ad celandum furtum, cum que hoc auctore iungendo nomen φαλ., pro parte, cohorte numero que certo exercitus, cum altero ὁπλ., etſi alias ſine hoc iam adhibetur de qualibet conferta peditum gravis armaturae acie, cf. ad Onoſ. p. 74. N. 4., non me reperiente, quod Stp. Th. e Bud., forſan Lex., dici etiam per ſe

μὲν τῶν ὁπλιτῶν φάλαγγας ἐς τετράγωνα ἔταξε σχήματα, ἐπιμήκεις μᾶλλον, ἢ βαθείας [c], ὡς ἂν πλεῖστον τοῦ πεδίου διαλάβοιεν [d]. τὰ δὲ

rum acies quadrato diſpoſuit agmine, longas magis, quam profundas, ut quam pluri-
4. mum campi occuparent: im-

c) Colon in Ms. Ba. d) καταλάβοιεν Ms. Ba. v. N.

„pro acie longiori, quam altiori, (quae ap. Noſtrum diſerte mox adiunguntur,) ap. Xen.“ ubi Ind. monſtravit tantum Ἀνβ. 4, 8, 10. τεταγμένοι εἰς φάλαγγα, Th. V. 2. p. 246. l. 8. e. *in* phalangem *diſpoſiti*, (cf. Loesn. Obſ. p. 205. e.) ſed Cyr. 6, 3, 22. δοκοῦμέν σοι -- ἱκανῶς ἕξειν, εἰς τοσούτους τεταγμένοι, πρὸς οὕτω βαθεῖαν φάλαγγα, -- αἱ δὲ βαθύτεραι φάλαγγες, Th. V. 1. p. 383. an videmur tibi, ſiquidem in tot ordinati ſimus, adverſus tam denſas phalanges *ſuffecturi?* — ſi *denſiores* ſint *phalanges*, et mox τοὺς εἰς ἑκατὸν τούτους ὁπλίτας εἰς μυρίους ἂν βουλοίμην μᾶλλον τετάχθαι, *hos* in *centenos* ordinatos *gravis* armaturae *milites* mallem *in* decies *millenos* eſſe *diſpoſitos*; ad Capit. p. 50. m. *quadrato agmine* Hemonam *venit*, afferente Caſ. N. 3. Noſtri „τὰς τῶν ὁπλ. φ. ἐς τ. ἔτ. σχ.“ ſine Vs.

ἐπιμήκεις μ.) longitudinis numero maiore, quam altitudinis. *Memm.* quam *profundas*, i. e. quam denſas, v. Rz. ad Luc. Reviv. T. 1. p. 609. et Zeux. T. 1. p. 846. *Leisn.*

Ap. Luc. primo quidem l. l. N. 93. e. ſuper βαθ. „immo et de latitudine, ſ. denſitate. Herodi. φαλ. -- βαθ. i. e. *acies* denſas *inſtruxit*“ ſed altero loco N. 61. hinc tantum obiter (et ſimul e Dd. S. 2, 179. l. 70. τῶν δ' ἄλλων ἐν βαθείᾳ φάλαγγι πεπυκνωμένων, *alios* conſtitutos *in* latam *phalangem*,) cf. ib. 3, 356. N. 48. e. cum Leuncl. ad Dion. Ca. p. 1485. e. *conferta*, ut hic P., (deſertus a Bg. etiam in rel.) ſed in variat. 4, 15, 12. οὐκέτι τὰς φαλ. ἐς βάθος συνίστασαν, εἰς μῆκος δ' ἐκτείνοντες λ., ubi et §. 3. non diſſimilis aciei deſcriptio.

ὡς ἂν πλ.) His verbis ratio redditur, non, cur quadrato agmine ſuas acies ſ. phalanges, retinendo Herodiani vocem, vellet incedere, ſed, cur in longum porrectas potius, quam confertas ſ. profundas, ut proprie ſonat vox graeca. *Steph.*

Qui forte ſuperſedere poterat hoc monito in re ſatis perſpicua, ubi cum Sch. potius manet Bg. in act., ſervans e P. tantum aliud Lat. e Gr. ὡς πλ., dum variat Noſter per mancum cum 7, 12, 3. τὸ πλ. μέρος, cf. 4, 11, 4., conflans per analog. ſua, ſed in Ms. alio compoſ. eſt vel confuſio praep. cf. 4, 2, 15. vel gloſſa, cf. Suid. 1, 557. m. διαλαβών, προκατασχών, it. 2, 11, 15. e. 3, 1, 10. cum Loesn. Obſ. p. 30. e. it. ſine Ind. ap. Ioſ. 1, 733. ſ. 8. m. δρυμῶν δὲ τὰς εἰσβολὰς εἰς τὰ πεδία διαλαμβανόντων, *qua* vero *ſylvae* clauderent *aditus* in *campeſtria.*

τὰ δὲ σκευοφ.) Si hoc verbum adiective accipias: de iumentis ac vehiculis intelligendum erit, ad impedimenta portanda aptis. *Steph.* Etiam Pollux habet σκευοφόρα ὀχήματα x, 12. *Leisn.*

Qui et in m. Ox. „Periz. ad Aelian. IX, 30. p. 576. v. Voſſ. ad Caeſ. b. G. VII, 45.“ quorum poſterior ib. §. 2. de Lat. *impedim.* pro animalibus, (ut G. Th.) agens addit „Sic et Graecis ἀποσκευὴ pro iu-

σκευοφόρα [e] πάντα κτήνη τὲ καὶ ὀχήματα ἐν μέσῳ [f] τάξας,

pedimentis que omnibus iumentis et vehiculis in medio conſtitutis, ipſe cum ſti-

e) MS. Ba. nihil variat. *Mart.* nec Mss. rel., ſed poſt πάντα et ὀχ. commata in A., at modo poſt πάντα in Bs. al. v. N. f) μέσῃ A. al. v. N.

menta. Gloſſae ἀποσκευὴ, σκευοφόρα, *ſarcinae*, iumenta *clitellaria*" ſed prior ad ταῖς σκευοφόροις, ſcil. ἁμάξαις „ſi maxime praeferrent etiam Mss. τοῖς σκ., non intelligerem tamen *homines*, ſed ὀχήματα, *vehicula.* Sic ap. Herodi. 8, 1. τὰ σκευοφόρα πάντα κτ. τε κ. ὀχ. — Nam τὰ σκ. non ſunt ſarcinae, ſed vel iumenta, vel vehicula, quae portant ſarcinas" quod verum eſt e compoſitione vocabuli, ſed ita, ut ad illud neutr. ſubintelligi debeat alterutrum ſubſt., a Noſtro expreſſum, ac Bg. e P. modo hactenus recte verterit, ſi, commate cogitato poſt πάντα, Lat. ſuum *imped.*, tanquam genus univerſum, praemittebat, ſed duo ſqq., per appoſitionem, ſumebat pro formis, ponendo ſimul alio poſt ὀχ. commate; quo ſine commate utr. res eodem redit et σκευ. manet neceſſario adi., quod ſua eſt natura. Ita quidem conſtituta lectione ac notione, iudicium fieri poteſt de aliorum decretis, ut L. Boſ. Ell. p. 172. e. „κτήνη, *iumenta*, deeſt in τὰ σκευοφόρα. Dio Caſſ. τήν τε ἵππον καὶ τὰ σκ. *equitatum* et *iumenta*; (quo ſuper loco, abſente libro, nihil edico.) Addit Herodi. 8, 1. τὰ σκ. πάντα κτήνη, omnia *onera* portantia *iumenta.* Eadem vox reticetur in ὑποζύγια. Nam ὑποζύγιον eſt adiectivum. (Et tamen habet Philo p. 757. C. e. ἀχθοφόρα ὑποζύγια, iumenta *ſarcinaria*, tum p. 25. m.) ὄχημα, deeſt in τὸ σκευοφόρον, *vaſa* ſ. ſarcinas portans. Herodi. 8, 1. τὰ σκ. ὀχ." ſed L. Ern. „σκευοφόρα, *impedimenta.* intellige κτήνη, iumenta *ſagmaria*" ſed, pro loco, etiam ὀχήματα. Tum Bud. C. 793, 20. „σκευοφόρα κτήνη, iumenta *ſarcinaria* et *clitellaria.* Herodi. τὰ δὲ σκευοφόρα πάντα — ὀχήματα ἐν — εἰπ. h. e. impedimenta *exercitus*; (ſed 1117, 28. modo haec) σκευοφορεῖν calonum eſt et iumentorum ap. Xen., et σκευοφόρα κτήνη τὲ καὶ ὀχ. ap. Herodi." ſed Stp. Th. 3, 834. G. m. „Sicut vero Xen. dicit σκευοφόροι ἁρμάμαξαι, ita Herodi. σκευοφόρα ὀχήματα, et iumenta eiusmodi vehicula trahentia σκευοφόρα κτήνη, ut l. 8. τὰ δὲ σκευοφόρα πάντα κτ. τ. κ. ὀχήματα ἐν μ. ταξ. ubi Pol. *impedimenta* exercitus (quod extr. ſubſt. non eſt in Vss. Pol. ſed fortaſſis ductum e Bud. C.) alii *iumenta* currus*que* ſarcinarios, (quos *alios* ignoro.) Plut. σκευοφόρα dicit pro σκευοφόρα κτήνη καὶ ὀχήματα ſive ἀνδράποδα, (quo ſubſt. ad neutr. ditabitur L. Boſ. Ell.) — Perperam igitur v. l. σκευοφόρα ibi interpr. *impedimenta* et *ſarcinae bellicae*" ut Lat. ſolo *ſarcinae* Ind. Sb. Di. H. T. 1. σκευοφόρα reddit et Vs. ad latus 249, 36., quae notio requirat ſupplementum ſubſt. alius, ut τὸ φακελλίδιον, quod fere L. Ern. P. 2. Lat. in *faſciculus*, cogitando noſtratium *Torniſter* ſ. *Felleiſen*, quorum prius ſolenne militibus certe temporis noſtri, ubi lintea et alia collecta portantur, ut a veteribus Rom. *ſacci pellicei* et *perae*, cf. Lipſ. de milit. Rom. Op. Tom. 3. p. 287. e. ſq, verum, opinor, modo in itinere. Tales folliculi et perae, appropinquante hoſte et pugna, utrum ſeparatim in locum aliquem congeſta atque ſepoſita, an coniecta in vehicula et iumenta, itidem neſcio. Certe ſit primum ſumendum, ſi quis tertium quod, praeter iumenta et vehicula, in *impedi-*

αὐτὸς[g] *ἅμα τοῖς δορυφόροις ὀπισθοφυλακῶν εἵπετο. ἑκατέρωθεν δὲ παρέθεον αἵ τε τῶν*

patoribus a tergo agmen cuſtodiens ſequebatur: utrimque autem iuxta ferebantur

g) *αὐτὸς τε ἅμα λ.* Par. et hinc *αὐτός τε* Ox. cum Pat. mendoſe, cf. 6, 5, 9. m.

mentis cogitet, atque adeo illas *ſarcinas*, ap. G. Th. modo cum his Gr. e Gloſſ. „*φορτίον ὁδοιπορικὸν* — et *σκεύη ὁδοιπορικά*." Sed redeo in rem, reperiens praeterea ap. Poll. 1, 39. *σκ.* de *aſinis*, arma *ferentibus*, ſed 10, 14. *τὰ σκ.* *vaſigera*, N. 51. „*iumenta*, quae vocantur a recentioribus *ſagmaria*, i. ſarcinis onerata, impedimenta" et 10, 52. *τὰ μὲν τῶν ὀχημάτων σκευοφόρα*, *nonnulla* vehiculorum *vaſigera*, deſtinata impedimentis ſarcinis que vehendis, cum N. 90., tum Ind. Xen. Mor. *Ἀνβ.* „*τὰ σκ.* impedimenta" e quatuor locis, ad quorum primum p. 13. *λαβόντες τὰ ὅπλα καὶ τὰ σκ.* in N. „dicitur *ἐλλειπτικῶς*, ei que tali opus eſt ſupplemento, quale praebet Herodi. 8, 1. *τὰ δὲ σκ. πάντα, κτ. τ. καὶ ὀχήματα* —" cum commate illo, quo ſine iterum Sb. Ind. hinc ſine Vs. tenet, una cum maſc. „*σκευοφόροι*, *calones*" e Zoſ. 3, 30, 6. in quem ſexum v. Luc. Xen. Bach. et Hell., ſed ſine Ind. Thuc. 297, 45. *lixas*, it. 420, 23. 498, 60. *τοὺς δὲ σκευοφόρους καὶ τὸν πλεῖστον ὄχλον ἐντὸς εἶχον οἱ ὁπλῖται*, lixas *vero* et *plurimam* turbam *gravis* armaturae milites *intra* medium ſuum agmen *receperunt*, in N. „ex more in quadrato agmine" quod ib. l. 58. *τὸ δὲ ἐχώρει ἐν πλαισίῳ τεταγμένον τοῦ Νικίου*, *et* Niciae *quidem* copiae *agmine* quadrato *ibant*, porro de animalibus ap. Herdt. 39, 39. *σιτοφόροι καὶ σκευοφόροι κάμηλοι*, cameli, *vel* frumentum, *vel* vaſa *portantes*, de quibus et capio ap. Dd. S. ob adiunctum 1, 349. l. 53. *στρατοπέδων μυριάδες μετὰ σκευοφόρων καὶ ἁμαξῶν γεμουσῶν λ.* *cum* impedimentis *et* curribus *onuſtis*, ut de curribus contra ap. Di. H., ſed ſexu utr., maſc. et neutr., Xen. Cyr. et *Ἀνβ.* Z. cui add. 3, 2, 36., quo forte reſpexit N. ad Thuc. l. l., (*σκευοφορικὸς στρατὸς* ej. *Pol.*) at pro fem., per ellipſin ſubſt. *ἅμαξαι* L. Boſ. p. 26. i. Tum Sch. nil ad „*σκ.* *iumenta*, quae impedimenta vel ſarcinas ferebant" ſed Stp. Th. 2, 471. i. v. *κτ.* „ap. Herodotum l. 8. *ὁ δὲ σκευοφόρα πάντα κτήνη καὶ ὀχ. ἐν μ. ταξ.* qua ſignificatione dicitur et *κτήνη ἀχθοφόρα*, *iumenta* ſarcinas *portantia*" praeter corruptum Noſtri nomen, per lectiones alias memoriter, dum ex analog. conflantur rel. *ἐν μ. ταξ.*, P. deferente Bg., cuius formulam non tenet G. Th., ſed modo *in* medio *collocare* it. *ponere*, v. *med.* 238, 33. 48. 65.

αὐτὸς ἅμ.) *agmen claudebat*, er *folgte* mit *der Arriére-garde*, ut §. 8. *προφύλακες* ſunt *primum* agmen, *die* Avant-garde. *Leisn.*

Pro libertate P., etiam in addito pron. *τοῖς ἑαυτοῦ* ſ. *τοῖς περὶ αὐτὸν*, cf. 4, 11, 9., plane cum Sch. reddit Bg. in v. *ὀπ.*, iuncto per analog. cum rel., quodammodo et variato cum 4, 1, 6. *εἵποντο ὀπισθεν αὐτοῖς λ.*, dum Stp. Th. ſub formula Bg. hinc ſine Vs., cui add. ap. Ioſ. 1, 733. ſ. S. m. *ὠπισθοφυλάκει Ἡρώδης*, qui *noviſſimis* praeſidio erat, Xen. *Ἀνβ.*, ubi et 2, 3, 10. *αὐτὸς ὠπισθοφυλάκει*, Th. V. 2. p. 92. e. *quarum* ipſe *partem* ultimam *cuſtodiebat*, de duce exercitus etiam, ſed de aliis militibus ej. Cyr. et Hell. cf. in *ὀπισθοφύλακες* ib. et Di. H. Sb. cum D'Orv. Ch.

ἑκατέρωθεν) Copulam oppreſſit P., ob ſumtos abl. conſq., quem deſe-

κάταφεάκτων ἱππέων ἶλαι, καὶ Μαυρούσιοι ἀκοντισαὶ[h], τοξόταί τὲ οἱ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς. καὶ Γερμανῶν ἱππέων[i] μέγα τὶ πλῆθος ἐπήγετο συμμά-

cataphractorum equitum alae et Mauri iaculatores, ſagitta-
6. rii que orientales. Germanorum etiam equites ma-

h) ἀκοντισαί· Ms. Ba. i) In Ms. Ba. καὶ γερμανῶν ἱππεῖς σὺν δόρασιν, οὓς ἐπήγετο ὡς συμμάχους. ſic eſt a prima manu: in marg. haec extant: γρ. καὶ γερμανῶν ἱππέων μέγά τι χρῆμα ἐπήγετο ὡς συμμαχ. *Mart.* v. N. et idem accentus μέγά τι in ed. A. al. cf. 7, 11, 18. e.

rit Bg. etiam ad v. παρεθ., ubi Stp. Th., ſub non diſſimili formula Lat., partim e P., hinc „ἑκ. — ἀκ. ab *utroque* latere *eorum*, qui *in* medio *erant*, diſcurrebant *cataphr.* eq. *alae*“ ſed Noſter ex analog., variando parum cum 5, 6, 19. ὁ δὲ δῆμος ἑκ. π. it. cum 4, 14. 6. 4, 15, 4. ad κατ. addito ſubſt. ἱπ., cf. Sb. Ind. e Zoſ. 3, 3, 8. ἦν ἑξακοσίων ἱππέων ἴλη τῷ Καίσαρι, *habebat* alam *Caeſar* ſexcentorum *equitum*, ſed cum gen. eodem, per Lat. *turmae*, ej. Di. H. T. 1. Ioſ. 1, 486. ſ. 3. i. (ſed p. 952. ſ. 2. e.; cum alio gen., *agmen*,) Dd. S., ubi v. et in rem crit. et Var. ſcripturae εἰλ., qua de ap. Stp. Th. una cum numero vulgari, ſ. „agmine ſexaginta quatuor equitum“ cf. ad Call., ubi tropice, de non militari etiam numero certo, puellarum quidem, ut peditum quoque ap. So. Ai., ſed de grege puerorum ap. Xen. Z. Pol., tum ej. Ἀνβ. οἱ δὲ παρήλαύνον τεταγμένοι κατ' ἴλας καὶ κατὰ τάξεις, Th. V. 2. p. 12. i. *qui* in *turmas* et *cohortes* inſtructi *progrediebantur*, (prae qua libertate ſeverius Z. in N., ignorans in Ind. ſyn. noſtro illinc v. παρελ.,) quo ſpectaris tropice Luc. μεστοὶ δὲ οἱ περίπατοι κατὰ ἴλας καὶ φάλαγγας ἀλλήλοις ἀπαντώντων, plenae *ſunt* ambulationes *turmatim* et *per* phalanges ſibi invicem *occurrentium*, tum Lipſ. de milit. Rom. Op. T. 3. p. 181. in. Hly. et Suid., qui partim cum Schol. Soph. l. l. et diſerte „καὶ Εὐνάπιος, τότε δὲ ἴλη τῶν καταφράκτων ἱππέων ὑπὲρ τοὺς υ ἐς τοὺς ὀπισθοφύλακας κατεῤῥάγη, tunc *autem* equitum *cataphractorum* turma, *quae* quadringentorum *numerum* ſuperabat, *in* agminis *noviſſimi* cuſtodes *impreſſionem fecit*“ In ſqq. partes exercitus Maximini cf. 7, 8, 22. ſq. et 7, 2, 2. Μαυρουσίων ἀκοντιστῶν ἀριθμὸν πάμπλειστον καὶ τοξοτῶν, Ὀσροήνων τὲ καὶ Ἀρμενίων, ubi e P. tantum Bg. ad ἀκ., ſed in τοξ. λ. cf. 6, 2, 18. 6, 7, 17. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος Μαυρουσίους τὲ πλείστους καὶ τοξοτῶν ἀριθμὸν πολὺν ἐπαγόμενος ἀπὸ τῆς ἀνατ. ἔκ τε τῆς Ὀσροηνῶν χώρας καὶ εἴ τινες Παρθυαίων λ.

καὶ Γερμαν.) Germanos in exercitu Rom. et Maximini narrans univerſe Noſter ſupra 7, 8, 23. εἵπετο δὲ αὐτῷ καὶ Γερμανῶν οὐκ εὐκαταφρόνητος ἀριθμός, hic magis definit adiecto ſubſt. ἱππ., leviter variando cum 7, 11, 18. e. τοῦ τε δήμου μ. τὶ πλ., ubi Bg., praeter ſuum Lat. ad καὶ, cf. 7, 8, 15. et praeter oppreſſum pron., aliter, quam alibi etiam, cf. 7, 4, 9., deſerto que P., qui omiſerat totam partem μ. τὶ πλ., manens in vulg. cum Mss. rel., quanquam cum libertate quadam, contra Ms. Ba. novitatem, e gloſſa per periphraſes brevitatis Herodianae, primum in exquiſito μ. τὶ χρῆμα, ne toties redeat vulgare πληθ., deinde in expleto adv. ὡς ad ſubſt. συμμ., cf. 5, 8, 2., anſam praebente, credo, gloſſatori ſubita illa Noſtri converſione orationis ad principem

χους. ἐκείνους γὰρ μάλιστα προυβάλλετο[k], ἵν' ἐκδέχωνται[l] τῶν πολεμίων τὰς πρώτας ἐμβολὰς[m], θυμοειδεῖς ὄντες καὶ

guo numero ſecum ducebat auxiliares. Hos enim potiſſimum obiicere ſolebat, ut exciperent hoſtium primos im-

k) Sic tantum in Ox. 1. et Par. 1. pro rel. προὐβ. cum leni, cf. 2, 11, 9.
l) ἐκδέχονται Par. mendoſe, etſi per ſe ἵνα procedit cum indicat. cf. 7, 1, 9.
m) Colon in Ms. Ba.

perſ. et quod abſolute poſitum illud ἐπήγ., ſine aliquo nominativo perſonae et nominatim ſine pron. αὐτὸς, cf. 5, 6, 16. ad κατειχ., dum Noſter variat cum 3, 9, 4. τοξότας πλείστους συμμάχους ἤγαγεν.

ἐκείνους λ.) Paullo alia eſt acies Homerica Ἰλ. δ', 297. ſqq. et ap. Xen. Mem. S. 3, 1, 8. cuius rationem ad ſuam artem et ad ſua argumenta transferunt rhetores ap. Quintil. 7, 1, 10. 5, 12, 14. et 6, 4, 22. *Leisn.*

E pr. libertate P. fluxit et rel. huius §., ubi ſuppletum quoque pron. αὐτοῖς mutat in ſubſt. πολεμίοις, iungente Noſtro per analog., maxime v. πρ. cum acc. perſ, cf. Dd. S. 2, 340. N. 6., dum, tropo remoto, hic eſt fere i. q. pr. ἑκατερ. παρεθ., equites iſtos circa rel. agmina equitare iuſſit, cf. 2, 11, 9. In ſq. membro P. libere addit ſuum adv. cf. 7, 11, 3., cum ordine perverſo, ubi per analog. Noſter, variando ſimul per contrarium cum 7, 9, 14. οὐχ ὑπομείναντες αὐτῶν τὴν ἐμβολὴν, e Lat. cf. G. Th. *excipere* impetum *Caeſaris — gladiatorum*, (ubi praeterea tantum, *primo — impetu* Ianiculum *cepit,*) ſed cum alio acc. rei, tropice, V. Eur. Ph. Vig. Rs. ad Polb. p. 151. Herdt., cum per ellipſin acc. τὴν βασιλείαν L. Bos. qui in Obſ. ad N. T. 1 Petr. 3, 20. p. 277. „arcere et propulſare hoſtium tela, ictus depellere, v. c. quum quis ſcuto excipit telum et arcet illud, propulſat a corpore" (quo ſenſu varietur hic cum 6, 4, 14. κωλύειν τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομὰς, it. cum 1, 6, 23. ἀνέχειν τὰς τῶν βαρβ. ἐπιδρομὰς,) ſed cum acc. perſ. etiam, pro expectare, L. N. T. lib. de V. med. Fi. Poſſ. Ca. Di. H. T. 1. Fa. Aeſ. Fi. The., at in varia ej. Ae. Sb. Ind. Dem. cui add. 232, 9. Luc. Polb. Geop. Abr. Dl. Thuc. et ad Ae. T. 1., tum de re, tropice, Epict., ſed Hſy. non coll. Suid., qui et ipſe, ἐκδέχεσθαι, ἀπείργειν, κωλύειν, ſed ſubiectis εἰς τὸ ἐκδ. τὰ τῶν βαρβάρων τοξεύματα, denique de animantibus etiam ap. Xen. Cyr. 7, 1, 27. πρὸς τὰς καμήλους. οἱ δὲ ἵπποι αὐτὰς ἐκ πάνυ πολλοῦ οὐκ ἐδέχοντο, ἀλλ' οἱ μὲν — ἔφευγον λ., Ind. Z. „ſuſtinere, excipere, impetum" h. e. manere, ſtare, durare ſuo loco, ut hic ap. Noſtr. poſt impreſſionem hoſtium.

θυμοειδεῖς ὀντ.) P. reſtituit Gr. particip. per Lat. ſubſt. *viri*, cf. 5, 4, 14. e., deſertus a Bg. ad θυμ. (ut a Stp. Th. 1, 1598. e. „*animoſi* audaces *que*" qui ſub eodem Lat. tenet ſine Vs. alterum εὐτ., ſed G. Th. cum praep. modo „*animoſus* in *armis*. Ovid. — *inchoante* menſe *Martio*, Pallad.") non item ad rel., conflatis omnibus per analog., dum reperi tantum particip. cum aliis ſubſt., ap. Luc. 2, 283. l. 91. καίτοι ἐκεῖνος ἄρτι ἀρχομένην ἑώρα τότε τὴν τέχνην, λ. quanquam *ille* naſcentem *demum* videbat *artem*, Dem. ἰδεῖν τὰ πράγματα ἀρχόμενα, Phil. p. 760. e. ἀρχομένου χειμῶνος, hiemis *initio*, cum ſimilibus ap. Thuc. et 98, 14.

εὔτολμοι ἐν ἀρχομένῃ μάχῃ [n], εἰ δ' ἄρα καὶ κινδυνεύειν δέοι, εὐκαταφρόνητοι, ὡς βάρβα-

petus, quod animoſi eſſent, et audaces initio pugnae: Quodſi vero etiam periclitandum ſit, facile negligendi, ut

n) Punctum hic in A. al., ut colon in Stp. rel., pro Bs. 2. L. commate rectiore, v. N.

ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ, *ſtatim* ineunte *vere*, it, 45, 17. ἀρχομένην τὴν αὔξησιν τῶν ἐχθρῶν λ. *vires* creſcentes *hoſtium*, ſed Bg. e P. fortaſſis aeque recte copulat pr. ἐν cum ſq. (ut alibi additur nominibus temporis, reſpiciens proprie illam formulam aliam 1, 5, 26. ἐν ἀρχῇ νέας ἡγεμονίας, rel.) etſi cum Lat. iisdem poſuit ſola Sch. „ἀρχ. μ."

εἰ δ' ἄρα) Periodum non recte divulſit Bg., duobus punctis factis, et pergens per nominativum tamen, cohaerentem cum pr. particip. ὄντ., interiecto ſuo *quodſi*, cf. 1, 17, 27., cum, ut ibi et 5, 2, 5., pertineat δὲ ad ſq. demum membrum εὐκ., ſed ἄρα ad εἰ, pro *forte*, per ſeriem hanc, *quod* animoſi *eſſent* et *audaces* inchoante *pugna* quidem, (nam μὲν oppreſſum eſt in hoc membro iterum,) ſed, *ſi* forte *et* iuſto praelio *periclitari* ipſos *oporteat*, facile *contemnendi*, nec timendi admodum acriter dimicanti que pugnanti adverſario; dum arctius iungit enunciationes et ipſe P., ſed libero Lat. *ſimul*, cf. 3, 12, 17., omittens καὶ, recte a Bg. intellectum, et ſimul ἄρα cum Bg., cf. de hoc cum adverſ. Noſtri ſimul utr. ſine Ind. ap. Dem. 318, 24. male etiam ibi in ed. Rs. per punctum praec. ἀλλὰ μάλιστα μὲν μὴ ἔχειν — ſcil. δεῖ e vs. 21. — ταῦτ' ἐν τῇ φύσει, εἰ δ' ἄρ' ἀνάγκη, ὑγιῶς — διακείμενα ἔχειν, ſed 559, p. ἐπεὶ περιαιρεθεὶς οὗτος τὰ ὄντα ἴσως μὲν οὐκ ἂν ὑβρίζοι· εἰ δ' ἄρα, ἐλάττονος ἄξιος ἔσται λ., ubi ſufficit hoc colon noſtrum et recte e pr. repetendum cenſetur v. ὑβρ. cf. Bud. C. 1392, 34. Dev. p. 124. i. Vig. p. 499. m. Hoog. Op. p. 363. Nr. 16., aliter ſumi ut oporteat δ' ἄρα ap. Hom., et fortaſſis pro δὲ mero, aut interdum ἄρα pro Lat. *igitur*, quo ſpectet Hſy. v. utr. Sed in v. κινδ. brevior Bg., quam P., dum Stp. Th. 2, 210. B. „at Herodi. l. 8. magis peculiarem huic v. ſignificationem dedit, ſcribens, θυμ. — μάχῃ, (ſic cum commate, aliter, quam in ed.) εἰ δ' ἄρα κινδ. (omiſſo καὶ) δέοι, εὐκαταφρόνητοι (ſine commate, ſecus ac in ed.) ὡς β." ſentiebat quidem obſcure, at non exponebat vim peculiarem illam, e contextu et pr. ἀρχομ. μ. definiendam, ut feci iam ante, per adiunctum aliquod, ut ſit inire pugnam longiorem, iuſtam, ſtatariam, continuam, ſupplendo non tantum διὰ πολέμου, cf. 6, 7, 23., ſed et aliquod adv. temporis, v. c. ἐπὶ πολὺ aut μαχομένους συστάδην cf. 1, 15, 5. ſeu ſolum adv. συστάδην ſ. συσταδὸν ut in qua pugna ſtataria plerumque cogitatur temporis quaedam diuturnitas, oppoſita illa brevitati velitationis, cui adſueti ſunt quidam populi, orientales quidem, ſed hic quoque Germani, per ὡς βαρβ. tacti, cf. 6, 3, 13. ſq. 3, 4, 19. 4, 15, 15. Caeterum liberrimum P., etiam addito ſuo adv., cf. 7, 4, 4., deſeruit quoque Sch. in „εὐκ. qui parum *curantur*" incommode tamen hic, cum verbale ſit h. l. potius per fut. explicandum, cf. 1, 2, 2. e., ut ad v. δέοι aſſumendum pron. αὐτοὺς, ut referatur ad pr. ἐκείνους et Germanos.

ραι. ὡς δὲ πᾶν τὸ πεδίον διῆλθεν ὁ στρατὸς μετ' εὐκοσμίας τε καὶ εὐταξίας, ἐπέστησαν πρώτῃ Ἰταλίας πόλει, ἣν καλοῦσι Ἡμᾶν [o] οἱ ἐπιχώριοι. πρόκειται [p] δὲ αὐτὴ [q] ἐπ' ἀκροτάτῳ πεδίῳ, ἱδρυμένη πρὸ

7. barbari. Ut autem totam planitiem tranſivit exercitus decenti ordine, conſtiterunt ad primam Italiae urbem, quam vocant Emam incolae. 8. Praeiacet autem haec in extrema planitie, ſita ad radi-

o) Ms. Ba. ἥμαν κ., ſed edd. ἡμᾶν A. cum Bs. 2., at ſine ſpiritu Ημᾶν Bs. 1. al., tum per aſperum Stp. rel. et vitioſe ἡμῶν Par. v. N. p) In Ms. Ba. verba πρόκειται — ἄλπεων colis clauduntur. *Mart.* Sed poſt ἐπιχ. comma in Stp. rel., ut colon in Ox. quod et poſt Ἄλπ. in ſola ed. Par. q) αὐτὴ in ed. Lugd. cf. 1, 7, 7. 1, 17, 8. 6, 5, 23.

ὡς δὲ) Leisn. in m. Ox. „ἓν διὰ δυοῖν, (et in m. Bg.) in gr. ἓν διὰ δυοῖν“ repetens ſic ſua illa ad 3, 14, 4. p. 753. e., pertinentia ad μετ' εὐκ. τε κ. εὐτ., ubi figura iſta obtineat in duobus ſubſt., iunctis per dupl. copulam, ut in duobus verbis 5, 1, 13. 5, 8, 17. 7, 2, 14. et cum praep. eadem 4, 14, 2., dum Bg. ſane hic duo ſubſt. reddit, ut unum μετ' εὐταξ. 7, 12, 19., Noſter autem de ſuo copiam ſequitur, libertatem que ſuam P., ſed cum figura tamen eadem, deſertus a Sch. in „εὐκ. bono *ordine*, εὐτ. inſtructa *acie*, (quae et ſane cogitari licet diverſa,) δι. *tranſmiſit* planitiem *exercitus*“ per analog., etiam in ſq. membro, ubi P. liber, etiam omittit adi. πρ., cf. in Bg. ad ἐπ. §. 2. et 3, 9, 18.

ἣν κ. Ἡμᾶν) Pol. hic *Ema*, (etiam in Antwp.) ſed *Emona* in vet. Froben. editione. *Steph.* ut etiam ap. Ptolemaeum. Sed *Hemona* ap. Iul. Capitol. et *Aemona* ap. Plin. *Sylb.* Cellarius Geogr. Ant. 2, 8. p. 445. (P. 1. §. 17.) legendum pro Ἡμᾶν putat Ἥμωναν cum Zoſ. et Ptolemaeo. Sed haud mirum, ſi a variis auctoribus peregrina talia et barbara varie ſcribantur. Verum quidem nomen urbis omnino *Emona*: at regionis incolae illud nomen curtarunt et contracte enunciarunt, ut fit, *Ema*. Hinc Herodianus ait, ἣν καλ. Ἡμ. οἱ ἐπιχ. Non modo incolae, ſed et peregrini hoc nominis hauddubie tribuere ſolebant. Verba addita igitur οἱ ἐπιχ. καλ. hoc ſibi volunt, Emam eſſe nomen barbarae originis. Sic ſolent auctores. Liv. 28, 3. *Scipio — fratrem ad oppugnandam opulentiſſimam* (in iis locis) *urbem*, Oringin *barbari* appellabant, *mittit*. Haec igitur cave ita accipias, quaſi alio nomine ab incolis et barbaris, alio a Romanis fuerint appellata. *Leisn.* (qui in m. Ox. „leg. Ἡμῶναν v. Cluv. A. I. l. 1. c. 2. f. 19.“) Placet Caſauboni emendatio ἡμῶνα. *Stroth.*

Caetera nos dedimus in Exc. Sed hic in οἱ ἐπιχ., P. deſerto, Bg. ut 4, 13, 7., ſed ad ſeqq., quae et ipſa explicantur in Exc., ſevérior ordine et in v. προκ., per analog. cum adiunctis, ubi Sch. „*ſita eſt* vel *ante* ſita *eſt* in *plan.*“ ſic tamen cum P. opprimens ἱδρ. (quod de ſuo et per copiam Noſter copulat, it. ex analog. ὑπ. cum τῶν Ἄλπ.) dum Stp. Th. 2, 169. G. „πρόκειμαι, *ſitus ſum* ante, *praeiaceo*. Herodot. πρόκειται γῆς Σκυθικῆς. — Interdum videtur praepoſitio ſupervacanea eſſe, ac προκεῖσθαι accipi tantum pro *ſitum eſſe*, ut ap. Herodi. l. 3. (ſic) πρ. —

τῆς ὑπωρείας τῶν Ἄλπεων. ἔνθα ὑπαντώμενοι τῷ Μαξιμίνῳ οἱ προφύλακες καὶ [r] σκοποὶ

9. ces Alpium. Ubi occurrentes Maximino ſpeculatores et exploratores exercitus, re-

r) καὶ οἱ σκοποὶ Ms. Ba., addito altero artic. cf. 5, 4, 14. m. etc. ſecus ac 7, 2, 5.

πεδίῳ, ſita eſt *in* extrema *plan.*“ cum Noſter reſpiciat, puto, pr. πρώτη Ἰταλίας πόλει, facile ut ſuccurras ingenio Noſtri luxurianti iſto rhetorum praecepto, ut pro uno verbo vulgari elegantius ponantur duo, et nominatim „verbo ſubſtantivo ſubſtituas aliud, quod modum — rei — exprimat“ Ern. rhetor. §. 304., ut hic pro mero ἱδρυμένη ἐστὶ et pro ἵδρυται, ſed et alio interpretandi praeſidio hoc, ut alterutrum verbum mutetur in praep. formulam ve ſimilem ac ſyn., v. c. *in fronte — ſita eſt*, quibuscum conſiſtet et pr. πρὸ ſq. cf. Pind. ed. H. p. 39. l. 3. ἐπ' ἀκροτ. βωμῷ, Vs. p. 12. m. *ad* aram *ſupremam*.

ἔνθα — οἱ προφ.) Berglerus ut Politianus. προφυλακαὶ ſunt Graecis *ſtationes* Latinorum. v. Lipſ. de Milit. l. 5. p. 261. (extr.) At quid ſunt hic προφύλακες? Videndum, an Herodianus appellet προφύλακες, quos Aeneas Gazaeus ἡμεροσκόπους, Liv. 31, 24. (init. fere, ni ſpeculator, *hemorodromos* vocant *Graeci*, ingens *die* uno *curſu* emetientes *ſpatium*; rel.) v. ib. Intp. De *ſpeculatoribus* Caſaub. ad Suet. Aug. 27. et Salmaſ. ad Spartiani Adrian. c. XI. (T. I. p. 104. ſqq.) Stewech. ad Veget. 3, 5. p. 138. *Leisn.*

Eg. etiam cum P. in adv., non item omittens v. ὑπαντ., ſed in hoc cum Sch., ubi Noſter per analog. cum adiuncto, etiam in ſubſt. duobus cum gen. ſq., ſed de ſuo in iſtis duobus ſecum copulatis, dum Stp. Th. ſine exemplo „in vulg. lex. προφύλακες, ſpectatores, *praeſidiarii*, aut etiam *ſtationarii*, ex Liv. Inveniuntur certe iidem uno in loco προφύλακες, in altero φύλακες dicti“ ignorans diſcrimen, quod ſic ſtatuerim, ut προφ. ſint, qui maneant continenter loco aliquo certo, ſed σκ., qui pererrant diverſa loca, (noſtrorum *Spione*, ut priores *Vorwachen* et *Vorpoſten*, cum et Maximinus praemiſerit aliquam exercitus partem ſupra 7. 8, 26. ſq.) habens haec, de σκοπ. quidem, abſolute So. Ai. Di. H. S. T. 1., ubi et 342, 40. ἧκον ἀγγέλλοντες οἱ σκ. — καὶ αὖθις ἕτεροι, δηλοῦντες, λ. Dd. S, ubi et 1, 420. l. 24. ἐξέπεμψε, — σκοποὺς εἰς λ. cui add. l. 28, ſed ad eum 2, 362. in N. 77. „A. de mundo ἡμερόδρομοί τε καὶ σκοποὶ, καὶ ἀγγελιαφόροι, καὶ φύλακες φρυκτωριῶν τε ἐπόπτηρες λ.“ Luc., ubi 2, 84, l. 58. ἠγγέλλοντο ὑπὸ τῶν σκοπῶν λ., et p. 589. l. 38. πρὸς ἡμέραν δὲ τῶν σκ. τις, τῶν τὰς ὁδοὺς φρουρεῖν εἰληχότων, ἔρχεται ἀπαγγέλλων, ὅτι λ. *ſub* lucem *ſpeculatorum* aliquis, *cui* vias *explorare* ſorte *obvenerat*, venit *nuntians*, it. p. 197. l. 14. ὥς γε καὶ σκοποὺς ἐπὶ τῶν λιμένων ἔχω καὶ πευθῆνας, τίνες καὶ ὅθεν καταπεπλεύκασιν, *qui* in *portibus* ſpeculatores *habeam* exploraturos, *qui* et *unde* navibus *venerint*, ſed ib. 3, 75. l. 9. ἤκουον — τῶν σκ. ἀλλόκοτα — ἀγγελλόντων, ὡς λ. *audierant*, exploratores *abſurda* quaedam *narrare* rel., tum ap. Polb., qui 3, 405. e. χρὴ δὲ καὶ ἡμεροσκόπους πρὸ τῆς πόλεως καθιστάναι ἐπὶ τόπῳ ὑψηλῷ λ., iidem p. ſq. i. et e. ὅπως μὴ δι' ἄγνοιαν δοξάζον τι ὁ σκοπὸς σημάνῃ ἢ διαγγείλῃ λ. — πέμπειν δ' ἐκ τῆς πόλεως τοὺς ἡμεροσκόπους ὄρθρου ἢ νυκτὸς, ἵνα τοῖς τῶν πολεμίων σκοποῖς μὴ κατάδηλοι ὦσιν λ. cum N. p. 490. e. „erant ſpeculat

τοῦ ϛρατοῦ, ἤγγειλαν, κενὴν ἀνθρώπων εἶναι τὴν πόλιν [s], πανδημεί τε [t] πεφευγέναι, ἐμπρήσαντας τὰς θύρας ἱερῶν τε καὶ οἰκιῶν [u], πάντα τε, ὅσα

nunciarunt, vacuam hominibus eſſe urbem, omnes que incolas aufugiſſe, poſtquam incendiſſent ianuas templorum et domorum: omnium

s) Colon in Ms. Ba. t) Ms. Ve. πανδημεὶ πεφ. v. N. u) In Ms. Ba. colon cum ed. Ed.

plures, aliae citeriores, aliae ulteriores: quae proprie προφυλακαὶ dictae, et qui in illis ſtationibus προφύλακες" et p. 523. m., porro Xen. Pol. Z. σκοποῖς μέντοι καὶ προφυλακαῖς λ. Th. V. 4. p. 585. m. *ſpeculatoribus et excubiis*, ſed ej. Ἀνβ. ex 2, 2, 15. etiam ἧκον λέγοντες οἱ προπεμφθέντες σκοποὶ, ὅτι λ., cum ej. Cyr. 6, 3, 2. διερευνητὰς καὶ σκοποὺς λ. Th. V. p. 375. i. *exploratores* et *ſpeculat.* ib. §. 5. (Th. p. 376. m.) et 14. ἀπαντᾷ δ' αὐτοῖς καὶ δὴ ἐντὸς τῶν σκοπῶν Ἀράσπας σὺν τοῖς θεράπουσιν, ὁ πεμφθεὶς πάλαι κατάσκοπος, ὁ φύλαξ τῆς Σουσίδος γυναικὸς, Th. p. 380. i. *illis* autem *Araſpas* cum *famulis* cis *ipſas* ſpeculas *occurrit*, is qui *dudum* explorator *miſſus* fuerat, *Suſiae* mulieris *cuſtos*, ſine Ind. qui modo tenet cum gen. rei et perſ., ut ap. Hom. Ἰλ. β', 792. κ', 526. 561. cum Apoll. Lex., ubi de femina, ut ap. Call. Sed de προφ. cf. Suid. 5, 201. e. προσκόπων, προφυλάκων, ſpeculatorum, *exploratorum*, Xen. Ἀνβ. Graev. Th. T. 10. p. 1180. E., ſed affine D'Orv. Ch. „φυλακαὶ καὶ προφυλακαὶ, *cuſtodiae* et *excubiae*, remotiores *vigiles*," Ioſ. Dd. S. Xen. Cyr. per mendoſum et vocabulum et numerum pro 3, 3, 25. Thuc. (ubi et προφυλακὶς,) et Polb., cf. in σκοπ. ſupra §. 2., ad ἠγγ. Bg. deferente P., e quo tamen reſtitui gen. τοῦ ϛρ., omiſſum in Ms. iſtius, quod et notarat Leisn. per ſignum e ceruſſa merum. Caeterum ap. G. Th. in neutr. ſubſt. est Gr. προφ., ſed „*explor.* σκοπὸς, κατάσκοπος, -- fruſtra *exploratores* a *ſpeculatoribus* diſtingui" quod forſan in Gr. noſtra non cadit, niſi copiam ſyn. ſumas e tropo diverſo, quanquam diſcrimen firmat etiam Salmaſ. I. I. p. 106. b. e. ſq.

κενὴν ἀνθρ.) De re ipſa cf. Exc. ad §. 7. e Capit. p. 71. e., per analog. iunctis deinceps omnibus, cf. in κεν. cum ἀνθρ. 2, 13, 21., ubi Sch. „*urbem* vacuam *hominibus*" quem gen. omiſerat P., ſervatus a Bg. in ſq. membro, ubi adv. πανδ. reſolvit non in vicinius πάντα δῆμον, ſed in ſyn. πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐκεῖ, ignorante Stp. Th. hanc rationem commodam, at conſentiente P. cum Ms. in omiſſa copula, quae hic elapſa eſt intra viciniam, cf. 7, 11, 13. et, ſerie ita poſtulante, rectius conſervatur cum Mss. rel. a Bg., qui pro P. copula melius reſolvit ſq. particip., ſeverior idem in ordine, quem variat Noſter cum 7, 12, 12. τῶν οἰκ. -- τὰς θύρ.

πεφευγέναι) intell. ex prioribus ἀνθρώπους. *Stroth.* Ex interpretatione adv. πανδ. in N. pr. vix opus videtur hoc ſupplemento, etſi interdum aliud quod tale ſubſt. adiicitur, cf. 1, 7, 4. etc.

πάντα τὲ) Leisn. in m. Ms. Bg. „deſunt quaedam" ſcribae vitio totum membrum hoc usque ad καταπρ., reſtitutum partim e P. et Sch. „ἐκφ. *quum* exportaſſent *omnia*" ſed gen. ſumendo potius pro caſu eodem quarto in πάντα, relato ad ſqq. ἃ μ. -- ἃ δὲ, cf. 5, 7, 11., dum variat Noſter per ordinem cum 7, 11, 15. ὅσα τὲ ἦν οἰκίαις --, πάντα, λ.

ἦν ἐν τῇ πόλει ἤτοι [x] ἀγροῖς, ἃ μὲν ἐκφορήσαντας, ἃ δὲ καταπρήσαντας [y], καὶ μήτε ὑποζυγίοις, μήτε ἀνθρώποις καταλελεῖφθαι τροφάς.	que, quae eſſent in urbe aut vero agris, quaedam exportaſſent, quaedam vero concremaſſent: ac nec iumentis nec hominibus relicta eſſe alimenta.

x) ἢ τοῖς ἀγρ. Ms. Ba., ut Bs. 2. al. v. N. y) Hoc comma in A. al. pro colo Stp. rel. et inde depravato puncto in Bc. 2. v. N. z) Hoc comma in A. al. pro colo Stp. rel. et pravo inde Bc. puncto.

et per ſyn. cum ſuperiori v. ἐκφερ. cf. Bud. C. 561, 11. „ἐκφορεῖν τὸ ἐκφέρειν. Herodi. τὰ μ. -- κατ.“ ſine Vs., at cum P. et memoriter Stp Th. „πάντα τε ὅσα ἐν -- ἢ τοῖς ἀγρ., ἃ -- κατ.“ omiſſo v. ſubſt. et conſpirando iterum cum Ms., ubi fuerit aeque lapſus e ſq. finitione, cf. 7, 8, 11., (abſentibus maxime accentibus quondam in Codd.) ac pruritus in addendo artic. altero, ut paulo ante §. 1., quoniam rel. Mss. manent in vulg., ſed P., praeter additum ἢ alterum in membro primo, cf. 7, 8, 23., nil refert de notione iſtius adv. τοὶ, quam poſt ἢ ſumo pro Lat. *vero*, (ut iam in Vs. dedi,) in ſecunda quidem cum locatur parte, ſuper qua ratione nullibi quid reperi, cf. Bud. C. Stp. Th. Vig. Dev. Hoog. Or. (ubi Hom. loca ſunt et add. haec, 'Ιλ. ά, 68. 101. 140. β', 813. γ', 168. δ', 51. έ, 724. 'Οδ. β', 224. γ', 419. έ, 382.) qui et ipſe repetit canonem Thom. M. p. 427. σημείωσαι δὲ, ὡς καταρχὰς μὲν τὸ ἤτοι τίθεται ἀεὶ, ὕστερον δὲ τὸ ἤ. οὕτω γὰρ φαμὲν, ἤτοι τόδε, ἢ τόδε, (cuius ſitus exempla ſunt in L. N. T. et Plut. Hs.) ἑτέρως δὲ οὐκ ἂν ποτε εὕροις, πλὴν ἐν Πινδάρῳ ἅπαξ, διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ μέτρου, qui locus, nemine ib. in N. indicante, habetur in ed. Heyn. p. 275. l. 8. ἢ μέγαν νόον, ἤτοι φύσιν, Vs. p. 75. *tum*, excelſi *mente*, tum *corpore*, (cui exemplo accedit hoc Noſtri,) ſed ſolum ib. p. 233. e. εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀνθρώποισιν, ἄνευ καμάτου οὐ φαίνεται. ἐκ δὲ τελευτάσει νιν ἤτοι σάμερον δαίμων, Vs. p. 64. e. *quaecunque* vero *hominibus* felicitas *contingit*, nulla *eſt* ſine *labore*; finiet *tamen* eum *vel* hodie *deus*, ubi Heyn. malit „νῦν ἤτοι σάμερον, aut *nunc* aut *hodie*, h. brevi et inopinato, rel.“ tum ib. p. 11. l. 4. ἤ τοι Πίσα μὲν Διὸς, Vs. p. 4. *ſane* Piſa *quidem* Iovi *ſacra*, quo accentu et ap. Hom. editur, v. c. γ', 168. it. ap. Call., ubi ſimiliter ſq. μὲν intervallo, in Vs. *nam*, ſed varie ap. Hſd. cum noſtro accentu, ut ſolitarium, pro *ſive*, ap. Fi. Pal. cf. Hſy. cum L. Apoll., ſed de v. ἐκφορ. porro Hſy. Suid. Dion. Ca. Dem. Rs. O. V. 7. Il., ubi et cum pr. ἐκ, ut ap. Luc., in cuius locum ex 1, 120. l. 1. v. Abr. ad Ae. T. 2., ut in paſſ. Xen. Z. et Dd. S.

ἃ δὲ καταπρ.) In hoc v. Stp. Th. „*comburo*. Exponitur et *deuro*, it. et *incendo*. Vtroque modo, nimirum et pro *comburo* et pro *incendo*, accipi poteſt in hoc loco Herodi. τὰ μὲν ἐκφορήσαντες, τὰ δὲ καταπρήσαντες“ memoriter per caſum alium, P. deſerente partim et Sch. „*quum* igni *corripiſſent*“ cf. 7, 9, 12. Exc., variante Noſtro pro pr. ἐμπρησ., ſed poſt hoc v. non procedente diſtinctione maiori, (ut nec ante poſt πεφευγ. in Bc. 2.) quoniam pendent omnia adhuc a pr. v. ἤγγειλ., dum P. deſerit Bg. ſevere cum Sch. plane in v. κατ. cf. in καὶ cum neg. 4, 3, 8. 3, 3, 11. 2, 4, 18.

ὁ δὲ Μαξιμῖνος ἥσθη μὲν ἐπὶ τῇ τῶν Ἰταλιωτῶν εὐθὺς φυγῇ, ἐλπίζων, πάντας τοὺς δήμους τοῦτο ποιήσειν, οὐχ ὑπομένοντας τὴν ἔφοδον αὐτοῦ [a]. ὁ δὲ

10. Maximinus autem delectatus eſt, quod Itali ſtatim fugiſſent, ſperans, omnes civitates id facturos, haud ſuſtinentes adventum ipſius; ſed exercitus aegre ferebat, quod ſtatim

a) Sic per lenem in edd., et clam in *Mss.* v. N., ſed colon hic in Stp. rel. pro puncto A. al.

ὁ δὲ — τῇ τ. Ἰτ. εὐθὺς φυγῇ) Hyphen ut 1, — — *Leisn.* reſpiciens 1, 3, 5. *ἄγαν* et 1, 8, 4. *ἀεὶ*, quo poſtr. loco hunc producit, ſine monito, dum rectionem vidit etiam Sch. „*ἡ εὐθ. φ.* repentina *fuga*, *φ.* fuga *ipſorum* cita *gaviſus eſt*“ ſed Stp. Th. 1, 1304. B. „*εὐθ.* — interdum praefigitur articulis, et tum per nomen (adi.) redditur, ut *ἡ τῶν Ἰταλ. εὐθ. φυγὴ* Herodiano, *ſubita* fuga ſ. *repentina*“ ex analog., cf. ſine Ind. Dem. 899, 1. *διὰ τὴν οἴκοθεν φυγὴν*, at Bg. modo ſententiam dedit, pro liberrima brevitate P., addentis et ſuum adv. cf. 6, 3, 12. 7, 1, 24. quo loco aliter erat ſimul *μὲν*, relatum ad *δὲ* cum enunciatione de eadem perſ., cum hic pertineat ad ſq. *δὲ* cum perſ. diverſa; in quibus P. iterum verſatur libere, ſervans tantum ſeverum Lat. ad *τοὺς δημ.*, ubi Bg. ad ſenſum, a quo abit Sch. in „*ὑπ.* *ſuſtinentes* impetum *eius*“ cum ſane in *τὴν ἐφ.* cogitari hic liceat hoſtilem urbium incurſionem, cf. in analog. Polb. 2, 290. in pugna, *ὥστε μηδὲ — δύνασθαι τὴν ἐφ. αὐτῶν ὑπομεῖναι*, *ut* ne *quidem* impetum *ipſorum* ferre *potuerint*, et Dem. 672, 17. *οὐχ ὑπομενεῖ αὐτὸν ἐπιόντα*, et in variat. 7, 9, 14. *οὐχ ὑπομείναντες αὐτῶν τὴν ἐμβολὴν*, nihil in ſpiritum pron. dirimente P., cum a pr. v. *ἐλπιζ.* proprie requiratur aſper.

ὁ δὲ ϛρ. — εὐθὺς λ.) Sic Ariſtoph. Acharn. 743. *πειρασεῖσθε*, pro *πειράσεσθε*, *τᾶς λιμοῦ κακῶς famem* experiemini *malam* male. *Leisn.*

Ibi Schol. ad v. 742. *πειραθήσεσθε λιμοῦ. Δωριεῖς δὲ θῆλυ λέγουσι τὴν λιμόν*, ſed Sch. in v. poſt *πειρώμενος* in med. e ſuperioribus „et paſſ. cum gen. *λ.* laborans *fame*“ partim e P., dum Bg. rectius oſtendit vim med. etiam hic, quam habet quoque cum gen. rerum ſ. perſ., etſi induens formam interdum paſſ. cf. Bud. C. 471, 50. ſqq. Stp. Th. 3, 155. C. e. ſqq. it. ſupra ad 1, 13, 14. et in rectionem eandem v. *expertus* ap. G. Th. 522, 6. ſqq., dum Sch. confuderit v. *πειραζόμενος*, cui reſpondens Lat. *tentatus* nunquam ponitur cum gen. tali, ſed cum abl. Et quanquam externa quidem ſpecie *tentatus* v. c. *morbo* videtur i. q. *laborans* morbo: tamen alia ibi eſt metaphora, cf. G. Th. v. Nr. 3., non recte producente Per. ad Ael. V. h. p. 661. N. 1. e. ad v. *ἀχθ.*, abſolute ſtans, noſtrum locum, cum hic ſit cum nominativo particip., per analog., cf. Stp. Th. 1, 616. F. e. (cum Ind. Xen. Cyr.) qui in *εὐθ.* 1, 1303. G. e. habet cum *ἐν ἀ.* modo e Philon. cum Lat. „*ſtatim* in *principio*“ quocum aeque ſeverum eſt P. hic illud ordinis inverſi „*ab* initio *ſtatim*“ pro quo adhibet Bg. ſuum iterum ad variat. 3, 2, 5. *εὐθέως ἐν ἀ.* cf. in noſtr. ſine Ind. Plat. Fi. Phaedo. p. 278. l. 4. it. Dem. 213, 24. et ſyn. *εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς* 312, 14. 332, 4. 937, 17.

Sch. ſub „*ὄμνυμι* — *ὀμωμ. θεοὺς*, iurati eſtis per *deos. Pol.* hoc in ſua verſ. omiſit, *φυλ.* ſervantes *iusiurandum*" ſed Leisn. in m. Bg. *Mſ.* „improbat Stephanum" ſic, ut tamen non certo liqueat, quid legerit contra. Quod vult Str. comma poſt *ἐχ.*, ſane compareret quoque ap. eum, ſed deinde aliud quid, quam vulg. textus, vel *πρός τε θεῶν. οὓς ὀμωμόκατε, αὐτῶν, φυλάσσοντες λ.*, vel *ἔχοντες, καὶ θεῶν, οὓς ὀμωμόκατε, αὐτῶν, φυλάσσοντες λ.* vel certe *ἔχοντες, πρός τε θεοὺς, οὓς ὀμ., αὐτοὺς, φυλασσ. λ.* dum et alibi *τὲ* reddit per *etiam*, cf. 8, 5, 6. ſed in *καὶ νῦν* latere poteſt pron. illud alterutrum, etiam in *πρὸς* vocula *καὶ*, it. excidiſſe *τὲ* ob ſq. *θε.* Praeter quas lectiones alias, Bg. ſuum pron. poſuerit alio ordine, tolerans *forſan* vulg. *εἰρήνην ἔχοντες, πρός τε θεοὺς - αὐτοὺς* per hunc caſum ex illo N. T. Rom. 5, 1. *εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν θεὸν* ubi praep., ut cum aliis ſubſt., v. c. *φιλία,* capio pro Lat. *cum*, ſed L. N. T. pro *apud*, cf. Dem. ſine Ind 30, 17. *ἐπράξαμεν ἡμεῖς κἀκεῖνοι πρὸς ὑμᾶς εἰρήνην*, it. 66, 3. *τὴν πρὸς ὑμᾶς εἰρ. παραβαίνοντα*, et 795, 24 ſq. ſupra que 6, 7, 22. 4, 15, 20. e. Tum in hac lect. vocabulum *εἰρ.* habeat dilogiam, aliter ſumendum de hominibus, aliter vero de diis, et de his, cum L. N. T. Spohn. pro favore ſ. benevolentia, et hinc pro auxilio; (unde pr. *πρὸς* valebit etiam pro Lat. *apud*;) quacum ſententia deinde cohaereat membrum ſubiectum *φυλ. λ.*, ut cauſa, per cauſalem adeo reſolvendo particip., *dum* ſ. quia *ſervatis* rel., quo eo redit Bg. paſſ. e P., ut ſententiam Noſter variet cum illa 3, 6, 16. *θεοὺς ἔχοντες βοηθοὺς*, λ. ubi ad locum e Dem. add. Ael. V. h. 14, 2. Porro, ut Gedik. ratio per metatheſin mihi quidem videtur durior, ita Strothi tum laborare ſerie et facere aſyndeton, (cuius enunciatio a nihilo pendeat, niſi dicas, participium *φυλ.* pendere a particip. pr. *ἐχ.*, per notionem cauſae quoque, *pacem habetis*, quoniam *adverſus* deos, *quos* iuraſtis, *etiam* nunc *ſervatis* militare *ſacramentum*,) tum inducere novum quid ac peculiare Noſtri in formula *φυλάσσειν τὸν ὅρκον* cum pr. *πρὸς θ.*, quae ad ſummum ſit i. q. dat. *θεοῖς*, et i. q. ſq. *τὰ πιστὰ τηροῦντες τοῖς θεοῖς*. Enimvero ego auxilium potius expecto Mſs. locum que puto corruptum eſſe membro pleno omiſſo aut partibus quibusdam, quae pertine-

„οὓς ὀμωμόκατε [b], καὶ νῦν deorum, quos iuraſtis: obſer-
„φυλάσσοντες τὸν ϛρατιωτικὸν vato militari ſacramento, quod
„ὅρκον [c], ὅς ἐϛι τῆς Ῥωμαίων eſt Romani principatus ſanctiſ-

b) ὀμωμοκ. Ms. Ba. cf. 3, 6, 6., ſed ὠμωμόκατε in ed. Par. v. N., ſed punctum hic in A. al. c) In Ms. Ba. deeſt vocabulum ὅρκον, *Mart.* v. N.

bant ad reſtantia adhuc πρὸς θεοὺς, nec lacunam audeo explere e Noſtri illo 2, 10, 3. τὸ πιϛὸν ὑμῶν πρός τε θεοὺς σεβάσμιον, οὓς ὄμνυτε, — δεδηλώκατε, quaſi elapſa hic, καὶ δηλοῦντες ſ. δεικνύντες τὸ σεβάσμιον πρὸς θεοὺς, nec ſufficere puto haec, εἰρήνην ἔχοντες, πρὸς δὲ θεοὺς, οὓς ὀμ., καὶ νῦν φυλ. λ. quae ſit alioqui leniſſima medicina, cum δὲ facile excidiſſe poſſit, et ſic ſecundum μὲν habeat, quo referatur, quum primum reſpiciat ad δὲ §. ſq. Omnino autem quaeritur, quomodo membra poſt πεῖραν μεμαθήκατε ſint capienda, utrum pro cauſis ſubiectis, an pro enunciationibus talibus, quae per copulam *et* reſolvi debeant. Si pro cauſis accipiantur, ſic vertendo, *dum* pro *bello* quidem *pacem* habetis, *ſed* adverſus *deos* ſ. *diis*, quos *iuraſtis*, etiam *nunc* ſervatis *militare iusiurandum*: pars quidem prima haec pro cauſa valebit, non item fortaſſis ſecunda, *ſed* rel. Sin reſolvimus modo, *et* pro *bello* quidem *pacem* habetis, *ſed* adverſus *deos* rel.: ad priora ὅσον ἡμᾶς ὤνησε pertinebunt §. ſq. haec modo, χρὴ δὲ ὑμᾶς καὶ τοῦ λ. διὰ παντ. τούτων ἀπολαύειν. Interea, dum Mss. accedant alii, in textum vulg. tria damus haec, primo reperi a Noſtro quaedam de ſuis cum variat., cf. 8, 2, 11. μετειληφυιῶν δὲ ἀντὶ πολέμων εἰρήνην βαθεῖαν, it. 3, 6, 7. οὔτε θεοὺς αἰδεσθεὶς, οὓς πολλάκις ὤμοσεν, it. 7, 9, 7. m. τηρεῖν τὴν πίϛιν καὶ τὸν ὅρκον, deinde ſuper Var. L. ὠμωμ. augmento dupl. (quod factum ſit ad formam illius ὤλωλα, ut vulg. ad iſtius ὀλώλεκα, cf. Well. Gr. p. 118. m. ed. Fi. noviſſ. cum ej. Anim. p. 182. m.) reperi tantum ib. p. 271. m. „perf. ὤμοκε et ὀμώμοκε" et poſtr., tanquam Atticum, frequentius, cf. in varia de v. ὀμν. L. N. T. Hſy. 2, 755. m. p. ſq. e. Suid. 2, 690. e. 693. m., ſed 756. m. ὠμωμόκεσαν, *iuraverant*, ſine χρήσει et N. (cuius ib. ὠμοςμένος, *iuratus*, v. ap. Di. H. S. T. 1., ſed de re,) Vig. Poſſ. Ca. Hom., etiam v. ὠμ., Hſd. Call. Thuc. Rs. O. V. 4. 6. 7. Iſ. 8 And. et Din. Dem. Fa. Ae. Fi. The. Luc.. ſed abſolute Phoc., at cum acc. rei Theogn., ſed cum acc. perſ. V. Eur. Hipp. 273. 1. D. Krb. O. N. T. Xen. Cyr. et Bach. cui add. Sy. 4, 10. porro cum pr. ἐπὶ et gen. σελήνης Geop., ſed cum pr. ἐπὶ it. ἐν, cum dat., cf. Gat. Adv. it. cum κατὰ Abr. Dl. Th. et A. denique de rectione et tempore, quo cum copulatur, Bud. C. et Thom. Mag. p. 166. m., qui male decernit contra ὀμνύειν p. 648. Sed ap. Di. H. S. T. 1. καλούμενοι ἐπὶ τὸν ϛρατ. ὅρκ. *ad* militare *ſacramentum*, et „τὸν ὅρκ. φυλάττειν, *ius* iurandum *ſervare*" ap. Schw. L. N. T. p. 1400. N. 1. e Strab., ubi P. agnoſcit ſaltem καὶ et ſubſt. ὅρκ. cum Mss. rel., omiſſum in Ms. Ba. forſan ob utr. vicinitatem.

τὸν ϛρ. ὅρκ. ὅς) Diximus de hac re ad Tac. 1, A, 7. 1, Sed illa ſanctitas quam cito exoleſcit in animis militum, ſi ſemel impune violari poſſe animadverterunt? Hoc loco obſervatu dignum eſt, quod iusiurandum iſtud militare non principi modo, ſed et S. P. Q. Romano milites obſtringebat. *Bocci.* μυϛήριον hic videtur *res* eſſe *ſancta* et *inviolata*,

„ἀρχῆς σεμνὸν μυϛήριον. χρὴ „δὲ [d] ὑμᾶς [e] καὶ τοῦ λοιποῦ „διὰ παντὸς [f] τούτων ἀπολαύ„ειν, τὰ πιϛὰ τηροῦντας Ῥω„μαίοις τὲ καὶ συγκλήτῳ, καὶ

9. *ſimum myſterium. Debetis autem deinceps etiam perpetuo iſtis frui; fidem ſervantes ſenatui populo que Romano, no-*

d) χρὴ δ' ὑμᾶς λ. Ms. Ba. cf. 8, 5, 9. ſed δὴ Ox. 2. v. N. e) ἡμᾶς Par. mendoſe. f) διαπαντὸς Ms. Ba. cum ed. Pat. cf. ſecus 2, 4, 13.

non arcana, — *μυϛήριον* hic ſumitur pro *ſacramento militari.* Caſauboniana p. 99. *Leisn.*

Qui videtur reſpicere Caſ. Ex A. unde excerpſi quondam haec p. 389. b. in. „diverſo ſenſu ap. Herodi. l. 8. *ὁ ϛρατιωτικὸς ὅρκος*, iusiurandum, quod praeſtabant legiones, dicitur eſſe *τῆς Ῥωμ. ἀρχ. σεμνὸν μυϛ.* imperii *Romani* grave *myſterium*, ſive, ut Tacitus loquitur, *arcanum dominationis.* idcirco id iusiurandum Romani vocabant *ſacramentum.* Et *μυϛήριον* apud Graecos, et *ſacramentum* ap. Romanos, voces ſunt religionis, reverentiae cuiusdam et maieſtatis plenae.“ Bg. quidem omnia dedit e P., etiam alium adi. σ. gradum, ſed ordine legitimo, retinens ſeverum Lat. ad *μυϛ.*, quoniam ante *ὀρκ.* iam reddebat Lat. *ſacramento.* Tum non poteſt hic *μυϛ.* eſſe *ſacramentum militare,* quia tautologia oritur inanis, etiam, ſi pr. *ὅρκος* vertatur Lat. *iusiurandum*, cum hoc ſit idem, cf. G. Th. „*ſacramentum, ἡ ὁρκωμοσία, ὁ ἱερὸς ὅρκος,* quod iurisiurandi ſacratione interpoſita geritur. *Sacramentum militare, ὁρκωμόσιον* (hic quidem rectius, quum ante) Gl. L. Gr. *ὅρκος ϛρατιωτικὸς,* ib. — Veget. milites *iurare* ſolent, *et* ideo *militiae* ſacramenta *dicuntur.*“ Quocunque igitur Lat. reddas pr. *ὅρκος*, ſive Bg., ſive P. illo: hic quidem *μυϛ.* cum Caſ. ſumetur pro Lat. *arcano* et adi. *σεμν.* pro ej. iſtis „religionis, reverentiae et maieſtatis *pleno*“ ſ. pro religioſo, venerando, ſancto, auguſto; et adeo ſententia conſit haec, *iusiurandum militare,* — quod *eſt* Romani *imperii* ſanctum *arcanum*, ſic reddendo accommodate ad rationem Vernaculorum, quibus deinde dilucidiora ſunt *venerabile ſacrum,* ſ. *venerabilis ceremonia*, ein verehrungswürdiges Heiligthum, *Caerimonie.* Scilicet exiſtimo, Noſtrum reſpexiſſe ad notionem principem ac vetuſtam, ubi *μυϛ.* eſt res, ſocietas, ritus, ut aliquis obſtringatur ad aliquid faciendum; ab initio quidem ut occulti quid in eo fuerit, nec id omnium hominum; unde deinde *μ.* interdum modo de re dr., quae ad certos paucos tantum pertinet; quales ſunt milites, ad exercitum deligendi. Sed in hos convenit etiam, quatenus pro ſacra re ponitur, h. e. tali, quae non eſt violanda et negligenda, quoniam fit cogitato nominato ve deo, praeſente, conſcio, ulciſcente. Denique *τῆς Ῥωμ. ἀρχῆς* adiunxerit Noſter non tam hoc ſenſu, opinor, quod Romanorum tantum militum eſſet, nec aliorum populorum, is ritus ſacer et religioſus, quam illo, quem innuit Lipſ. de milit. R. Op. T. 3. p. 37. i. *ὁ ϛρατιωτικὸς ὅρκος, ὃν ἁπάντων μάλιϛα ἐμπεδοῦσι Ῥωμαῖοι, τοῖς ϛρατηγοῖς ἀκολουθεῖν κελεύει, ὅποι ποτ' ἂν ἄγωσι*, ſacramentum *militiae,* quod *omnium* maxime *Romani* ſervant, *iubet* ſequi *duces*, quocumque *duxerint*, e Di. H. S. 723, 27., ubi tamen Gr. ſunt quaedam alia, ut:

„αὐτοκράτορσιν ἡμῖν [g]· οὓς ἐξ „εὐγενείας καὶ πολλῶν πρά-„ξεων, καὶ μακρᾶς διαδοχῆς, „ὥσπερ κατ' [h] ἀκολουθίαν,

bis que imperatoribus, quos a nobilitate et multis officiis publicis, longo ordine ſucceſſio-nis quaſi per gradus quosdam

g) ὑμῖν Ms. Ve. vitioſe, ſed hic comma in ed. Bs. 1. al. pro puncto A. al. et colo Stp. rel. h) κατὰ ἀκολ. Ms. Ba. ut 7, 5, 4. e. prorſus.

ὅ τε γὰρ ὅρκος ὁ στρατ. per aliam formulam ſyn., quam in N. pr. cf. ib. 375, 23. 645, 1. ſed 555, 5. οἱ δημόται - προσιόντες ἐπὶ τὴν στρατολογίαν τοῖς τεταγμένοις τὸν ἱερὸν ὅρκον ὤμνυσαν, καὶ ὑπὸ τὰς σημαίας κατεγράφοντο, *plebeii homines* — venientes *ad* delectum, *dato* praefectis *ſacramento*, ſub *ſuis* quisque *ſignis* profitebantur *nomina*, it. 548, 12. προὔθεσαν τὰ τοῦ πολέμου σημεῖα, καὶ τὰς δυνάμεις τῆς πόλεως κατέγραφον, prolatis *belli* ſignis *conſcribebant* urbanas *copias*, it. 645, 7., coram quibus ſignis adeo dum iureiurando obſtringebantur, res veluti ſacra et divina fiebat eo ipſo, et animis iniiciebatur reverentia quaedam, quoniam Romani ſigna religioſe colebant, cf. ib. 375, 23. τὰ σημεῖα — τιμιώτατα γὰρ Ῥωμαίοις ταῦτα ἐπὶ στρατείας, καὶ ὥσπερ ἱδρύματα θεῶν ἱερὰ νομίζονται, nihil *enim* in *Romana militia* ſignis *habetur* venerabilius, *nec* minus *ſacra* iudicantur, *quam* deorum *ſimulacra*, it. Lipſ. l. l. p. 173. m., tum de eo, quod in ſacramento militari iurarint per deos, ſupra 2, 10, 3. 8, 13, 16. p. 408. m. et e. it. Grut. Lamp. T. 3. P. 2. p. 202. in Caſel Var. Caeterum ap. Luc. 3, 660. Vs. 270. μύστης μὲ σιγᾶν ὅρκος, οὐκ ἐᾷ φράσαι, iurata *fides* tacere, *non* loqui *ſinit*, accipio μυσ. ὅρκ. ſacrum *iusiurandum*.

„χρὴ δὲ) Copula in Ox. alia potius per operarum errorem orta e pr. ſyllaba, quam e correctione, ut ap. P. per libertatem, cf. 5, 7, 7. et in rectionem v. χρὴ 6, 5, 7., ubi Bg. cum illo, etiam in oppreſſo pron., deſerens ej. ordinem rectum in τοῦ χ., ſed reſtituens formulam διὰ π. per adv., ut Sch. in π. ſed in „δ. ſemper" cf. 2, 4, 13. Tum in ſq. ſeverior Bg. ſine ſupplemento P. ad τηρ., at ex eo in rel., praeter ordinem in Ῥωμ. λ. quem variavit Noſter pro 7, 11, 10. e. συγκλήτου καὶ Ῥωμαίων, (cf. 8, 6, 4. 7, 7, 11.) ut aliter cum 8, 3, 9. μηδὲ προδιδόναι τὴν πρὸς τὴν σύγκλητον καὶ Ῥωμαίων δῆμον πίστιν, it. 7, 9, 7. Μαξιμίνῳ τηρεῖν τὴν πίστιν καὶ τὸν ὅρκον, et 7, 5, 9. σώζειν τὴν πίστιν λ., per analog., ut pr., conflatis τὰ π. τηρ. cf. 3, 15, 12. et 3, 6, 8. εἰ καὶ τὸ πιστὸν ἐτήρει, dum Stp. Th. partim e P. 3, 144. E. m. „τὰ π. τ. Ῥωμ. *Rumanis* fidem *ſervantes*."

οὓς ἐξ εὐγ.) Comma hic ante pron. tenuit Bg. e P., it. Lat. in praep. et εὐγ., diverſus in rel., tum reſtituto adi. πολλ., cf. 6, 5, 11. e., tum per Lat. cf. ad πρ. 5, 2, 3., porro per rectiorem notionem in διαδ. (dum ille reſpexerit 1, 2, 3. τοὺς γένους μακραῖς διαδοχαῖς εὐπατρίδας, ſed h. l. agitur tantum de muneribus publ.) denique omiſſa copula καὶ ante μακρ., quam nondum reſtitui, quia potuit hoc membrum per ſe capere pro que abl. modi, qualia membra ſolent alias ſine copula addi, ac per formulam efferri e praep. aliqua; quam Noſter cum praemiſiſſet iam *ex* in pr. membro: huc etiam traxit, opinor, accipiens καὶ, ut alibi, pro *id que*, quo loco ac ſenſu Bg. voculam καὶ et alias opprimit, cf. 4, 14, 10., ſed et ſyn. τε, cf. 7, 7, 2., quod hic P. oſtendens, potuit et

„ἐπὶ τοῦτο ἀναβάντας [i], κρί- huc evectos, ſuo iudicio ſena„ναντες ὁ δῆμος καὶ ἡ σύγκλη- tus populus que Romanus ele-

i) ἀναβέντες Mss. Ba. et Ve. mendoſe, e confuſis litteris, cf. 8, 3, 10. διλ.

ipſe ſic intellexiſſe, cf. 4, 9, 5. 6, 1, 13. Ita non opus eſt, ſuſpicari, quaſi Bg. correxerit καὶ in pr. διὰ ſ. κατὰ, quibuscum alibi confuſum videtur, cf. 7, 10, 6., reperiente me ap. Ael. V. h. 1, 15. i. ἐκ διαδοχῆς φασιν ἐπωάζειν τὰς περιστερὰς, columbas perhibent ovis per vices incubare, cf. Ind, ſed Luc. 2, 144. l. 90. ἐκ διαδ. παραδοθησομένην τὴν πόλιν, ſucceſſione quadam traditum iri urbem, qui ibi. Lat. proprie ib. 1, 66. l. 48. διαδοχῇ τὴν χρῆσιν αὐτῶν παραλαμβάνοντες, per ſucceſſionem uſum earum accipientes, it. ap. Dd. S. 1, 585. l. 30. it. p. 588. l. 58. per Vs. liber. it. Ind. Rs. O. Dem. ſed V. 4. „per vices“ at V. 3. p. 331. N. 61. „per ſeriem quandam“ ſed ap. Stp. Th. 4, 732. i. ſine auctore, ubi et eodem ſenſu κατὰ διαδοχὰς, quod v. quoque ap. Long. Mor. per Lat. adv. „ſubinde, ſenſim.“ Tum Bg. in ſq. retinet e P. liberum pron. τινὰ, cf. 8, 6, 16. e. 8, 4, 14., ſed Noſter, ex analog. conſtans, repetit ſua quaedam variando, cf. 7, 5, 3. ſq. e. ἐν πράξεσι μεγίσταις ἐξετασθεὶς, — ἐκ πολλῶν ἡγεμονιῶν, ὥστ. κ. ἐκολ., ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντα, it. 7, 7, 8. μετὰ πράξεις πολλὰς ὑπατικὰς et 5, 1, 14. ἐκ μετρίων πράξεων εἰς τοῦτο ἐλθόντες, it. ib. §. 16. ἐξ ἰδιωτικῶν σπαργάνων ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντες, ubi Bg. per Lat., quo hic ad ἀναβ., ubi Sch. partim e P. „provectos ad principatum quaſi per grad. quosd.“ intelligens ſic recte formulam ἐπὶ τ., cf. 2, 3, 3. ut in Maximi et Balbini officia publ. 7, 10, 7., ubi et de poſtr. tantum γενόμενος μὲν εὐπατρίδης, et de nulla primi nobilitate generis, quam hic ſimul tribuit ſibi oratorie tantum per pr. ἐξ εὐγεν., quae praep. diverſo ſemper ſenſu, ſaltem duplici, per tria deinceps membra ſumitur, et quidem in ἐξ εὐγ. de cauſa ſ. modo ſ. ſtatu ac conditione, ſed in ἐκ μακρ. διαδ. ſolum de modo, quam unam notionem tamen per omnia membra non invitus conceſſerim, etiam illam Lat. poſt, e l. l. μετὰ λ., ſaltem in membris duobus primis, cf. in variat. aliam 2, 13, 12. τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν — ἣν — οἱ πρόγονοι — δι' εὐγένειαν διεδέξαντο, et in ἐκ μακρᾶς διαδ. cum abl. ſyn. 1, 2, 3. μακραῖς διαδοχαῖς, (ut ap. Luc. l. l.) it. per numerum. Denique in v. ἀναβ. cum pr. ἐπὶ Stp. Th. 1, 639. D. ſqq. L. N. T. F. Pal. Di. H. S. T. 1. Plut. Hs. et Krg. et cum pr. ἐκ laud. ad 1, 12, 16. quibus add. in varia Ael. V. h.

κρίναντες λ.) In commate iſto, ſi vera eſt ſcriptura vulgata, miſtum ſyllepſi zeugma eſt. Regula enim plurali numero poſtulat ἐξελέξαντο. *Sylb.*

Qui, intelligens in ſyllepſi aliorum enallagen numeri et in zeugmate forſan enallagen generis, ſenſit, quod librarius Ms. Ba., iterum haerens in v. numero et fingens e ſuo ingenio plur., ut 8, 6, 18. e., dum hic ſing. numeri v. ἐπελ. ponitur poſt numerum dupl., primo quidem proxime que poſt ſing. ſubſt. ὁ δημ. λ., ſed et poſt plur. particip. κριν., in quo et ipſo eſt figura aut una, ſyneſis ſ. ſyntheſis, aut duplex, tum enallage numeri ob nomina collect., tum vero et enallage ſexus, in maſc. ὁ δ. et fem. ἡ συγκλ. ſimul iuncto cum uno κριν. maſc., ut ſexu potiore, cf. 2, 14, 2. ὁ δὲ δῆμ. καὶ ἡ συγκλ. δαφνηφοροῦντες ὑπεδέχοντο, per ordinem variat. et per numerum in v. extr., quo Gloſſator reſpe-

„τος ἐπελέξατο [k]. οὐ γὰρ ἑνὸς „ἀνδρὸς ἴδιον κτῆμα ἡ ἀρχὴ [l], „ἀλλὰ κοινὸν τοῦ Ῥωμαίων δή-„μου ἄνωθεν [m]· καὶ ἐν ἐκείνῃ

11. *gerunt. Non enim unius hominis peculiaris poſſeſſio eſt principatus, ſed communis Romani populi, more maiorum:*

k) ἀπελέξαντο Ms. Ba. v. N. l) Colon in Ms. Ba. m) Hoc colon in ed. Pat. pro puncto A. al., ſed commate Stp. rel.

xerit quoque; nil me vidente abſurdi, quoniam Noſter copulat modo, quae alias ſeparatim occurrunt, cum nemo haereat in ſola priva que enallage illa alterutra, et ſimilia habeant Lat. cf. Cort. Sall. Cat. 12, 1. p. 81. a. e. it. 25, 3. p. 166. a. i. ad *cara ſemper* omnia, *quam* decus *atque* pudicitia, *fuit*. Sed figuram ſuſtulit P., qui, plur. deligens, non propterea cum Ms. facit neceſſario, quum libere ſic et Bg. egerit, ſecutus illum quoque in alio ordine ad ὁ δημ. λ. cf. 7, 12, 1., quae manifeſto variantur pro §. pr. Ῥωμαίοις τε καὶ συγκλήτῳ et §. 6. e. τοὺς ὑπὸ συγκλήτου ᾑρημένους, nec repugnant illis 8, 6, 5. e. τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίων συγκλήτου ἀναδειχθέντας, ut ibi dictum. Sed P. deſerit Bg. in κρινῃ, mutans particip. in ſubſt. abl., ut alibi, ſed hic addito pron. poſſeſſ., cf. 7, 5, 19., dum de ſuo Noſter id iungit cum v. ἐπελ., reſpiciens, credo, ad 7, 10, 6. ἐπιλεξάμενοι — οὓς ἐδοκίμαζον, κατὰ ψηφοφορίαν διακριθεισῶν τε λ., variando partim pro 6, 1, 4. οὐδέ τι ἐλέγετο ἢ ἐπράττετο, εἰ μὴ κἀκεῖνοι, αὐτὸ ἐπικρίναντες, σύμψηφοι ἐγένοντο, ſed e Lat. ego nil comparo, quam cum v. aliquo copulatos abl. tum Bg., tum illum e genere adv. *iudicato*, cf. Cort. ad Cic. ep. 13, 46, 1. *patroni* iudicio *ornatus*, „quod dignum illum iudicavit, qui heres ſuus fieret“ (ut h. l. dum dignos iudicarunt eo honore,) it. 15, 2, 13. iudicio *probatos*, et ad Plin. ep. 10, 8. N. 6. quibus add. iuncta ap. Plin. Pan. 10, 2. non *unius ſervae iudicium* illud, *illa* electio *fuit*.

οὐ γὰρ ἑν.) Vnde ſupra 7, 7, (12. Ῥωμαίοις, ὧν δημόσιον ἄνωθεν τὸ κράτος ἐστιν.) Romani *populi* antiquitus *imperium*. Similia multa, praeſertim in orationibus principum, apud ſcriptores hiſtoriae Auguſtae, occurrunt, ſpecioſius plerumque, quam ſincerius, iactata. *Boecl.*

Qui recte comparat Noſtrum, variata uſum ſententia, etiam cum illa 2, 4, 13. e. de Pertinace et τοῖς βασιλικοῖς κτήμασιν, — εἰπών, αὐτὰ οὐκ ἴδια τοῦ βασιλεύοντος εἶναι, ἀλλὰ κοινὰ καὶ δημόσια τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς it. 2, 8, 6. m. ὁ Ῥωμαίων δῆμος, ᾧ τὴν δεσποτείαν τῶν ἁπάντων ἔνειμαν θεοὶ καὶ τὴν βασιλείαν, it. 2, 13, 12. τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν —, ὥσπερ τι τῶν ἰδιωτικῶν κειμήλιον, ἐπ' ἀργυρίῳ κατηλλάξασθε, it. 4, 15, 18. Ῥωμαίους δὲ, ὧν ἐστιν ἡ ἀρχὴ, ἑαυτῷ τὰ τῆς βασιλείας ἐγκεχειρικέναι, it. 5, 1, 13. οἱ μὲν γὰρ, ὥσπερ ὄφλημα κληρονομίας, εἰληφότες, ἀποχρῶνταί τε καὶ ἐνυβρίζουσιν, ὡς ἄνωθεν ἰδίῳ κτήματι, quod adv. reddit P. hic, ut Bc. in N., ſed Bg. aliter, quam uſſibi, (propterea a Leisn. in Ms. non immerito notatus per lineam, plumbo ſubtus ductam) deſerens illum praeterea tantum in liberis, tum Lat. ad neg. cf. 6, 7, 9. tum additis, non modo adv. μόνον ad ἑν. cf. 8, 4, 17., ſed et adi. παντὸς ad δημ. cf. 8, 2, 13.

καὶ ἐν λ.) Superioris §. 9. enunciationis τὰ πιστὰ τηροῦντες Ῥωμαίοις τε καὶ συγκλήτῳ et pr. §. ὁ δημ. καὶ ἡ συγκλ. cauſa adiuncta erat una per ſolennem indicem γὰρ, a quo pendet ſimul altera ſubiecta et nexa

„τῇ πόλει ἡ ⁿ τῆς βασιλείας		atque in illa urbe imperii ſita
„ἵδρυται τύχη. ἡμεῖς δὲ διοι-	12.	eſt fortuna. nobis autem
„κεῖν καὶ διέπειν τὰ τῆς ἀρχῆς		diſpenſatio et adminiſtratio
„σὺν ὑμῖν ἐγκεχειρίσμεθα º.		principatus una vobiſcum de-

n) Ms. Ba. πόλει, καθ' ἣν ἵδρυται τύχη. ſed Ms. Ve. πόλει, ἃς ἵδρυται τύχη v. N. ſed ἡ τῆς omiſſum mendoſe in Bs. 2. al. o) ἐγκεχειρισμένα Mss. tres, mendoſe, v. N.

per καὶ, converſum inde a P. in cauſalem, cf. 7, 8, 15., ob quam ſeriem arctiorem procedit modo diſtinctio minor. E P. dedit Bg. rectiore ordine rel. ſententiam, de ſuo a Noſtro confictam, cum variat. quadam §. 5. e. διὰ τὴν παροῦσαν ἐξ ἀνάγκης τῆς βασιλείας τύχην, et 7, 11, 1. τῇ Ῥωμαίων πόλει, it. per praep. cum 8, 2, 13. ἐπὶ τῶν τειχῶν ἱδρυμένοι, cf. 2, 2, 19., ubi, tropo remoto, ſenſus eſt hic, a civibus urbis Romanae dari imperii dignitatem, et imperatores eligi creari que, non per arbitrium militum. Sed Mss. duorum lectio non modo eſt contra P., cum tertio Ms. Vi. manente in vulg., ſed ſtulta utr., forſan hinc orta, vel quia poſt omiſſa ἡ τῆς βασιλει reliqua ſyllaba ας, nullam edens ſententiam, abſentibus que olim in Mss. accentibus et ſpiritibus, mutaretur in pron. ἃς, ſed hoc, cum nec ipſum conveniret ſeriei ac contextui, a librario alio in ἣν, addita praep. καθ', ut ſaltem conficeret aliquis ſenſus. Vel ſumas, aliquem librarium, non tolerantem καὶ ἐν, pro eo poſuiſſe κὰν in marg., quod, lectum pro καθ, alieno que interfum loco, pepererit ἣν pro ἃς illo.

ἡμεῖς δὲ.) In Mss. lectione nil eſt, quam lapſus iterum, ut §. pr., in litteris, quoniam ſervatus eſt tamen nominat. pron. ἡμεῖς vulg., quem mutatum in dat. ἡμῖν oportuit, ſi ad novum particip. videbatur v. ἐσ. ſ. εἰσὶ explendum. E P. quidem nil decernas, quem retinuit Bg. per omnia, praeter liberum adv iterum μόνον, ut §. pr., etiam in σὺν, cf. 1, 17, 15. it. mutatis inf. in ſubſt. et proinde acc. periphraſt. τὰ τ. ἀρχ. (per variat. pro pr. ἡ ἀρχὴ et τῆς βασιλείας, cf. 5, 5, 1.) in ſolennem gen., dum et Stp. Th. 4, 451. D. „invenitur et cum infinitivo, quam conſtructionem raram eſſe puto, ap. Herodi. l. 8. ἡμ. δὲ διέπειν καὶ διοικεῖν κὰ τ. ἀ. σ. ὑμ. ἐγκ." plene cum P. et per lect. aliam in ordine in duorum memoriter, miratus adeo rectionem, Noſtro peculiarem, quoniam hic v. paſſ. ponitur cum nominativo perſ., ſed et ſimul cum inf., nudo illo quidem ab artic., at inſtructo cum acc. rei, quae novitas revocetur ad uſitatam rectionem v. paſſ. cum nominativo perſ. et acc. rei ſi inf. praefigatur articulus τὸ διοικεῖν - τὰ τ. ἀρχ., quod magis placet, quam ſuſpicari, elapſum illum artic. intra viciniam utr., iterum quaerendo nihil me reperiente quam in varia ap. Bud. C. Poſſ. Ca. Ind. Sb. Rs. O. V. 4. 7. utr. Dem. Xen. Cyr. 'Αναβ. et Bach. Ioſ. Luc. (ubi eximendus locus e 3, 364.) porro in act. cum acc. perſ. et inf. Suid. 1, 743. e., ſed cum perſ. et dat. et acc. Plut. Hs. et Gem. Pl., ſed in med. cum acc. rei Thuc., tum in paſſ. de re, cum dat. perſ. et praep. Dd. S. 1, 177. l. 33. ὡς ὑπὸ τῆς τοῦ δαιμονίου προνοίας ἐγκεχειρισμένης αὐτῷ τῆς ἀρχῆς, ut cui divina *providentia* magiſtratus *ſit commiſſus*, (cf. ſupra 3, 12, 6.) ſed alio ſenſu, pro adminiſtrari, Polb., ubi et in rem crit., ut ap. Rsk. ad eundem, ſed ap. D'Orv. Ch. deponenti Gr. in act. et paſſ.

„ταῦτα δὲ, μετ' εὐταξίας τε 13. *mandata eſt. Haecce ad-*
„καὶ κόσμου τοῦ πρέποντος, *hibito ordine et modo decente,*

cum acc. rei quibusdam; ut, per reperta quidem, maneat peculiare quid Noſtri, niſi rectionem inſtituas hic ita, ἡμεῖς σὺν ὑμῖν ἐγκεχειρίσμεθα τὰ τῆς ἀρχῆς (ὥστε ſ. εἰς τὸ) διοικεῖν καὶ διέπειν ſcil. αὐτὰ, ubi tamen de ſuo dederit Noſter iuncta tum ἡμεῖς σὺν ὑμῖν, tum v. διοικ. καὶ διεπ., per copiam ſyn. cum poſuiſſet ſupra ſingulatim, ſed ad analog. porro v. utr. cum τὰ τ. ἀρχ. et variando, cf. in v. διεπ. (ubi Sch. „*admini-ſtrare* et *diſpenſare* res *imperii*") 4, 1, 6. tum Euſ. H. E. R. 2, 73. l. 4. ἔτι δὲ Κλαυδίου τὰ τῆς βασιλείας διέποντος, caeterum *Claudio* Romanum *ad-huc* imperium *gubernante*, it. Phil. p. 758. e. ἔνιοι γὰρ καὶ ἐπὶ Τιβερίου — τῶν διεπόντων τὰς ἐπικρατείας, ſed ſupra 6, 2, 1. τὴν βασιλείαν — διώκησε, it. 3, 15, 15. τὰ τῆς βασιλείας — διοικοῦντες, tum 8, 6, 1. e. οἱ καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἐγκεχειρίκεσαν, it. 4, 15, 18. ἑαυτῷ τὰ τῆς βασιλείας ἐγκεχειρικέναι, et 2, 1, 20. ἥκομεν, σοὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειριοῦντες, denique 5, 1, 14. οἱ δὲ ἐκ μετρίων πράξεων εἰς τοῦτο ἐλθόντες, περιέπουσιν αὐτὸ λ.

) ταῦτα δὲ) Haec, quae beatam vitam illis praebitura, et caeteris pacem allatura dicit, intellige ex proxime praecedentibus *res imperii*, ab ipſis imperatoribus vna cum militibus adminiſtratas. *Steph.* Forte ταῦτα δὲ γιγνόμενα μετ' εὐτ. κ. λ. *Reisk.*

Cuius ingenio non opus eſt, quoniam ſeriem recte vidit Stp., clam caſtigans libertatem P., qui, neglectis ταυ. δὲ, omnia retulerat ad milites, cum per metaphoram ſolennem tribuatur etiam aliquid *rebus praecedentibus*, h. e. adminiſtrationi imperii, quae felices redditura ſit cum alios omnes Romanos, tum et milites ipſos, ſi faciant hi ſimul adhuc aliquid, ſi ab his accedat demum aliquid, *illa* autem, *una cum* ordine rel. ſ. *praeter* ordinem rel., pro quibus ſeveris Lat. ad pr. Gr. μετὰ adhibet Bg. iterum particip. cf. 1, 2, 2. m. 4, 4, 4., ſed Lat. e P. tantum ad τοὺς ἀρχ. et εὐτ., repetente Noſtro quaedam ſua cum variat. cf. 6, 3, 15. ὑμῖν τὸ εὔτακτον ἅμα τῷ κόσμῳ ὑπάρχει, it. 8, 1, 7. τὸ πεδίον ἦλθεν ὁ στρατὸς μετ' εὐκοσμίας τε καὶ εὐταξίας, it. 2, 4, 9. τὸ εὔτακτον καὶ κόσμιον, conflatis omnibus per analog., ſed peculiari ratione iunctis εὐτ. κ. κ. τοῦ πρ. dum Sch. in „κ. πρ. modeſtia *decenti*, (partim cum P. in) partic. neutr. πρ. *eius* quod *decet*. Pol. videtur accepiſſe pro maſc. cum ſubſt. κ. conſtruxiſſe, recte, capiens pro adi., at libere tantum reſolvens alio que ponens ordine „qui *ſi* ordinem, *quem* decet, *ac* modeſtiam *retinebitis*" cum licuiſſet referre ad utr. praemiſſum ſubſt., ſed per ſynthesin putare rectum modo ad poſtr., ſexum cogitando potiorem, et ſumendo, particip. ſ. adi. cum artic. poſitum eſſe poſt ſubſt. cf. 2, 13, 11. 8, 6, 10. 13. οἱ ἱππ. λ. et in ſubſt. κοσμ., praeter Exc. ad 1, 2, 3. e. p. 789 i. (ubi et Lat. Bg.) quoque haec, cum alias i. q. τάξις, et praecipue in re militari dr. vel de loco, cuique militum aſſignato, vel de diſciplina militari, (ut hic capio, quoniam, iunctum etſi per ſynocopiam, tamen diſtinguitur a pr. εὐτ.) ad Onoſ. p. 74. N. 2. Rs. ad Polb. p. 133. e. i. e. legibus et moribus, inſtitutis que, tum pro τάξις et ordo univerſe, ad Poll. 3, 153. N. 64. Foeſ. Herdt, at Dion. Ca. „ordinata conſtitutio" it. pro decor, Abr. ad Ae. T. 1. ſed pro ornatu et ornamento, phyſice aut tropice, Hſd. Theogn. So. Ai. Poſſ. Ca. Iſ. Ev. tum pro coelo Iſ. M. Pan. Dd. S. et Diog. L., at in differentiam ab

„αἰδοῦς τε καὶ τιμῆς πρὸς τοὺς „ἄρχοντας, ὑμῖν μὲν εὐδαί„μονα καὶ πάντων ἀνενδεῆ πα„ρέξει βίον [p], τοῖς δ' [q] ἄλλοις „πᾶσιν ἀνθρώποις, κατά τε [r] „ἔθνη καὶ κατὰ πόλεις, εἰρή„νην [s] καὶ πρὸς τοὺς ἡγουμέ-

item que pudore et honore erga principes, cum vobis beatam nullius que indigam praeſtabunt vitam, tum caeteris hominibus omnibus, per provincias et urbes, pacem et erga

p) Colon in Ms. Ba. ut punctum in A. al. male, in continua adhuc rectione. q) δὲ Ms. Ba. cf. 7, 11, 3. r) In Ms. Vi. τε deeſt. *Loc.* ut κατὰ ἔθν. modo praebent Mss. rel. v. N. s) Colon in Ms. Ba.

εἰκουμένη Ammon., tum de ellipſi pron. οὗτος L. Bos., ſed in varia Hſy. 2, 171. e. 327. m. 809. i. Suid. 2, 354. i. 734. e. L. N. T. Suic. Loesn. Tittm. de Veſt. Gn. Gat. Adv. et ad Ant. Bud. C. ubi diſerte „κόσμος etiam εὐταξία“ Apoll. L. cum Hom. Call. Orph. Luc. Xen. Z. Pol. Cyr. et 'Ανβ. Rs. O. V. 4. 8. Din. Dem. Ael. V. h. cum p. 938. N. 8. a. e. „κόσμος — notat *illud ipſum, quod lex praeſcribebat.* — Sic εὐταξία καὶ κόσμος στρατοπέδου dr., quando *exercitus* officio *ſuo* bene *fungitur*, ap. Imper. Iulian. — et rediiſſe ſe πρὸς κόσμον, ad *officium* „it. Gs. Chr. et Indd. Thuc. ubi p. 157. Var. L. 5.“ κόσμον vocat, quum omnia rite atque ordine, ſervatis legibus militaribus, fiunt: alibi de eadem re τὸ εὔκοσμον dicit“ et 533, 83. ap. Schol.„ κόσμου) εὐταξίας“ it. 312, 55. κόσμῳ καὶ τάξει, ſervata *militari* diſciplina *ordinibus* que *ſervati*[s], ſed Polb. 1, 36. i. ἐν κόσμῳ καὶ τάξει ποιουμένοις τὸν πλοῦν, per Vs. liber.

μετ' — αἰδοῦς) Etiam haec variantur cum 6, 3, 12. e. εἰρήνην ἄγειν πρὸς ... καὶ μετ' αἰδοῦς ἐπίστασθε, it. 3, 8, 10. τὸ εὔτακτον μετ' αἰδοῦς πρὸς ἄρχοντας ἐπανέτρεψε et 2, 3, 25. πάσης τιμῆς καὶ αἰδοῦς παρ' αὐτῶν τυχὼν, et ib. 12. i. τῆς πρός με τιμῆς, it. 2, 6, 21. καταφρόνησιν τῆς πρὸς τοὺς ἄρχοντας αἰδοῦς, it. 4, 13, 10. τιμὴν καὶ αἰδῶ λ. at 5, 1, 14. e. αἰδῶ καὶ τιμ... ubi Bg. ad αἰδ. aliter, quam in his rel., ſervans e P. Lat. in μὲν et ... cf. 2, 13, 3. ſq. ſed e Sch. ad ἀνενδ., nexa neg. cum adi. παντ., id ...ue neceſſario, per hoc quidem Gr. adi., quanquam eſt proprie alia form... la illa μηδενὸς ἐνδεῆ, praeter quam liceat in Lat. modo adhuc ſic, n... ullius *indigam*, ſ. *non* indigam, quod, praeter P. Vs., novit Stp. Th... ſ(c)lum, cui pauperi add. repertum mihi adi. modo abſolute, de per..., ap. Suic. e patr. eccl. ſed de re ap. Ael. V. *h.* (ut affine adv. ἀνενδε... Di. H. S. T. 2.) quod Noſter dedit cum gen. (ut alia adi. copiae ſ. ino... piae) ſuo per analog., ſed et cum ſubſt. β. et rel., ſecum copulata, at de ſuo εὐδ. cum ἀν. rel., variando etiam cum 2, 4, 17. μακαρίῳ βίῳ, cf. G. Th. *beata — vita* et Hor. ep. 1, 11, 14. fortunatam *plene* praeſtantia *vitam.* Caeterum ad ἀνενδ. cum παντ. ſufficiat illud partim P. omnibus *affluens* ſ. *abundans*, ut retinens alteram partem, παντ.

τοῖς δ' ἀλ. π.) Definiuntur haec univerſa ſtatim per ſubiecta, ut de ſolis capiantur Romanis, quibus adminiſtratio imperii, tradita praeſentibus imperatoribus, procurabit non modo pacis partae diuturnitatem, ſed in provinciis maxime, etiam illud, ut praeſidibus parentes obediant. In quibus, ex analog. conflatis omiſſa Mss. copula innoxie

„νους πειθώ. Βιώσεσθέ [t] τε „καὶ [u] κατὰ γνώμην ἐν τοῖς „οἰκείοις, οὐκ ἐν ἀλλοδαπῇ

14. *ſuperiores obedientiam. Vivetis autem ex animi veſtri ſententia domi ſuae quisque, non in externis regionibus ma-*

t) Mss. Ba. et Ve. βιώσεσθαί τε v. N. u) Ms. Ba. nil variat. *Mart.* nec Mss. rel. et in Ms. Ve. Excpt. haec ſeries diſerta „βιώσεσθαί τε καὶ κατὰ γνώμην“ v. N.

ut ſaepe, ſequente καὶ intervallo, cf. 7, 3, 16., nec quid decernit P. liber et per rel., deſertus recte a Bg. etiam ad ἔθν., (ubi variatur cum 8, 6, 18. ἐς τὰ ἔθν. per artic., ſed per ordinem cum 7, 3, 16. κατά τε πόλεις καὶ κατὰ ἔθν.) it. in omiſſis τοὺς ἡγ. (quos capio per ellipſ. gen. αὐτῶν, ſcil. τῶν ἐθνῶν,) cf. 7, 5, 1., etiam a Sch. in „πειθ. *obſequium* exhibere *ducibus*“ e Sb. Ind. (ubi et notata rectio cum pr. πρὸς, ex analog., dum G. Th. non tenet Bg. ſed modo 525, 27. *obſ.* in *illam*,) in Lat., ſub quo et Bg. quoque ſine Vs. hinc Stp. Th. 3, 134. G. e., ſed ſine commate poſt πολ., comparens, ut et poſt ἀνθρ., quoque in Vs. Bg., in cuius marg. Leisn. „omittit aliquid“ voces duas *pacem et*, quae ſunt noſtra.

βιώσεσθέ τε) Forte δέ. *Reisk.* Quam copulam aliam refert et Bg. e P. cf. 7, 7, 6. 7, 12, 14., omittentes contra alteram καὶ, cum Noſter pergat alibi quoque per τὲ καὶ, cf. 8, 1, 3. 4, 12, 6. 2, 14, 12. Caeterum in Mss. inf. minus eſt illa enallage modi, ut inf. ſtet pro imperat., per ellipſin v. finiti δεῖ ſ. χρὴ, cf. 6, 2, 10. quam confuſio finium et vocalium, cf. 1, 14, 17. 1, 6, 8. e. 5, 6, 13. 6, 8, 9.

[καὶ] κατὰ γν.) Ante καὶ κατὰ γν. deeſſe puto aliquod adverbium, aut certe participium, quod opponatur illi κακοπαθοῦντες. *Steph.*

Qui non reputabat, in compari hoc ſecum componi ſibi que reſpondere particip. κακοπ. et formulam e praep. cum ſubſt. κατὰ γνωμ. (cf. 7, 12, 11.) quae formula valet pro adv. aliquo, (cf. 5, 1, 9. 6, 9, 7. ὁλοκλ. it. 7, 3, 6. χορηγ.) ut ipſa Gr., quoad ſenſum, pro Lat. quodam adv., v. c. optato, *optabiliter*, beate, laete, tranquille; dum Bg. reſpuit P. libera, tum in addito adi. πάντες, cf. 8, 3, 7. tum in mutato particip. κακ. in finitum tempus cum alia neg., ſervans contra ex eodem non tantum Lat. rel., ſed quoque ſupplementa bina, unum in pron. ἕκαστος, cf. 8, 3, 5. alterum in ſubſt. χώρα, mutato item numero, cf. 3, 4, 18. ſed Sch. in „κακ. malo *conflictati*“ fere cum Stp. Th. per lect. vulg. „*in* exteris *nationibus* conflictantes *malis* „ubi Noſter ex analog. cum pr. ἐν et abl. loci, cf. abſolute Ioſ. Dd. S. ſed varie Bud. C. Poll. Ca. L. N. T. ubi cum praep. eadem, ſed abl. modi, Krb. O. et Munth. p. 415. (ut in ſubſt. affine p. 462. Loesn. Hſy. non coll. Suid. Ind. Zoſ. Cell. Hs. Fa. et Plut.) Thuc. Rs. O. V. 4. 6. Dem. cui add. 276, 12. porro cum pr. ὑπὲρ Ael. V. h. et Di. H. S. T. 1. (ubi et adi. affine κακόπαθος βίος,) it. cum pr. μετὰ Luc. cui add. 2, 855. N. 2. alio ſenſu et cum acc. rei, pro *cum* moleſtia *exercere* ſ. *tractare*, repetitis quibusdam, ſed cum variat. cf. 2, 3, 21. εἰ μὴ κατὰ γν. προχωροίη λ. it. 5, 2, 13. ἐν ἀλλοδαπῇ διαιτώμενοι λ. et 5, 3, 4. ἐν τοῖς οἰκ. καταβιῶναι λ. ſed in v. βιωσ. 6, 9, 5.

„κακοπαθοῦντες. ὑπὲρ δὲ τοῦ 15. *la tolerantes.* *Ut autem*

ὑπὲρ δὲ) Rarum hoc putat eſſe Vig. p. 483. *Leisn.* qui et in m. Ox. „Vi. 543." ed. Z. p. 648. i. ſuper ὑπ. ubi agitur in „ſignif. *propter* — Rarius, quod Herodi. l. 8. ὑπὲρ — ἐξ. *vt* autem *barbarae* quoque *nationes* quieſcant, *curae* noſtrae *erit*" qui, praeter alium ordinem in ἔθν., cum Bg., brevius quidem in v. ἡσ., ſervato que καὶ, (cf. §. 2.) ſequitur itidem P. in pr. ὑπ. cum inf., praemiſſo artic. gen., per finalem ἵνα, quae vertendi ratio, commoda illa quidem ad brevitatem, tamen non iuvat intelligentiam vocis ita, ut haec, cum, ſervata quadam praep. Lat., reſolvitur inf., ut alibi, ſimul per pron. v. *ſuper* eo, *quod* rel. ſeu ſimul per finalem illam, *ſuper* eo, *ut* ſ. *de* eo, *ut* rel. it. *propter* id, *ut* ſ. *propter* ea, *ut*, dum Stp. Th. 3, 1743. D. e. „invenitur ὑπὲρ τοῦ ſequente infinitivo (proprie quidem pr. ὑ. cum ſuo gen.) vbi reſolui etiam poteſt in τὸ, vt in hoc Herodi. loco l. 8. ὑπ. — ἐξ. (ſine Vs., ut, ſublato poſt ἔθνη commate, fiat una enunciatio tantum haec, τὸ δὲ καὶ τὰ βάρβαρα ἡσυχάζειν ἔθνη διὰ φρ. ἡμ. ἐξ., qui idem 4, 218. F.) Herodi. διὰ φρ. ἔχειν cum infinitivo iunxit; praecedente praepoſitione ὑπὲρ habente genitivum τοῦ, ſcribens l. 8. ὑπ. — ἐξ. (ſine Vs.) quam conſtructionem obſeruandam potius quam imitandam cenſeo. Dixerunt enim veteres, φροντίδα ἔχειν τινὸς, potius quam φροντίδα ἔχειν ὑπέρ τινος " Qui recte ſenſit hic peculiare quid Noſtri, revocaturus id proprie ad haec, τοῦ δὲ καὶ τὰ β. ἡσυχάζειν ἔθνη, διὰ φρ. ἡμ. ἐξ., ut Sb. Ind. profert formulam ſyn. πᾶσαν ἐποιοῦντο φροντίδα τοῦ μηδένα — ἀγγεῖλαι. Verum ego exiſtimo, Noſtrum ſcripſiſſe tamen ad analog. hanc dupl., primo quod formula διὰ φρ. ἔχειν par eſt privo v. φροντίζειν, cf. 3, 2, 9. (quibus ib. laud. add. Stp. Th. 1, 979. A. ſq. Vig. p. 244. N. 57.) ſed hoc v. habet ſecum pr. ὑπὲρ, cf. ad 6, 2, 13. et Ind. D[...], apud quem et cum aliis verbis ſunt haec, praeter 13, 27., tum formulae cum ὑπ. et gen. aliquo perſ. ſ. rei, ut 11, 19. 449, p., tum verba priva cum praep. eadem et artic. cum inf. cf. ſine Ind. 101, 2. ὑπὲρ τοῦ τούτων γενέσθαι κύριος καὶ τἄλλα πάντα πραγματεύεται, it. 135, ult. 1[...] 6. 296, 19. 370, ult. tum denique formulae etiam cum iisdem, cf. [...] e. τὴν τότ' ἄφιξιν εἰς τοὺς πολεμίους ἐποιήσατο, ὑπὲρ τοῦ — λειτουργεῖν [...] 100, 24. ὑπὲρ τοῦ ταῦτα λαβεῖν καὶ πόνους, καὶ χειμῶνας, καὶ τοὺς ἐσχά[τους] κινδύνους ὑπομένειν, quem Noſter reſpiciens, etiam ordinem ſecutus [...] in praemiſſo membro per praep. Deinde in hoc ipſo ſitu cogitarit No- ſter analog. illam, cum praep. cum caſu aliquo ponitur in fronte enunciationis per ſe, ut Lat. *de*, ubi valere poteſt pro formula tota quadam, v. c. *quod attinet ad*, rel. cf. ad 1, 13, 10. e. p. 554. e. G. [...] 12, 6. Hor. T. p. 215. Nr. 10. m. e Cic. ep. ad Att. 10, 1. ed. Gr. p. 11[...]. cui add. p. pr. it. 1, 10. p. 54. Cort. ep. Cic. et ad Sall. Cat. 51, 19. tum de Gr. περὶ laud. ad 2, 1, 6. p. 10. m., quae, alias etiam ſyn. noſtrae ὑπ., eiusdem quoque ſitum et notionem, quam monſtravi, firmare poſſit. Et tunc διὰ φρ. ἡμ. ἐξ. non regentur ad pr. ὑπὲρ, ſed et ipſa per ſe ſtabunt, ſupplendo gen. legitimo mero que tantum pron., διὰ φρ. ἡμ. ἐξ. τούτου. Caeterum Ms. ratio ſcribendi per unam vocem abſurda, nil prodit, quam ſeriem vetuſtam omnium unam. Ad rem autem quod attinet: tangit orator, credo, ob pr. §. et ad felicitatem plene pingendam, τὰ βαρβ. ἔθν., intelligens iterum Parthos Perſas que, forſan et

„καὶ τὰ βάρβαρα ἡσυχάζειν „ἔθνη, διὰ φροντίδος[x] ἡμεῖς[y] „ἕξομεν. δύο μὲν γὰρ ὄντων[z] „βασιλέων, εὐμαρέστερον καὶ „τὰ ἐν τῇ[a] Ῥώμῃ διοικήσεται[b], „καὶ εἴ τι[c] ἐπὶ τῆς ἀλλοδα-

barbarae etiam quieſcant gen-
16. tes, nobis curae erit. Nam cum duo ſint imperatores, facilius et urbanae res adminiſtrabuntur, et ſi quid in extera

x) In Ms. Ba. διαφροντίδος, haud ſecus ac ſi unum eſſet vocabulum. *Mart.* v. N. y) ὑμᾶς Ms. Ve. mendoſe, confuſis elementis. z) Ms. Ba. οὕτω βας. vitioſe, iterum litteris confuſis, cf. 7, 10, 5. 1, 17, 27. ἡττ. a) ἐν ἡ. Ms. Ba, omiſſo artic. cf. 7, 12, 17. ſecus ib. §. 20. ſed nunc per gloſſam e comparat. 8, 5, 11. b) Colon in Ms. Ba. c) Ms. Ba. εἴ τις — ἐπείγοιτο ſed Ms. Ve. εἴ τις — ἐπείγοιτο πρὸς λ. v. N.

Germanos, cf. in variat. etiam 8, 5, 15. πάντα ἔθνη — βάρβαρα, it. 4, 10, 6. 1, 2, 9. ſed in v. ἡσ. 7, 8, 8. etc.

δύο μὲν γ. — διοικησ.) Pro διοικηθήσεται. Ind. *Sylb.* Recte Sylb. Iam enim Kuſt. de Verb. Med. p. 145. (ed. Fi. p. 97. ſqq. et Wol. p. 154. ſqq.) obſervavit, eſſe verba quaedam Media, ſignificationem paſſivam habentia, quae appellare poſſis Medio-paſſiva. *Leisn.*

Qui addiderat hic iterum locum Antiph., iam laudat. ad 2, 1, 17. e., ubi et huc reſpexit, dum Sch. „med. fut. adminiſtrabuntur *res* Romanae *facilius.* Sb. putat uſurpatum pro paſſ. διοικηθησ.“ quaſi dubia ſit adhuc res, cum Noſter ſane per analog. (etiam in adiunctis) ſcribat, et per ſuam valens vim med. occurrat v., cf. Dem. cui add. 152, 5. cum laud. ad 2, 9, 9. e., dum Bg. ſequitur P., praeter rel., etiam in oppreſſo μὲν, quod refertur ad §. ſq. μηδὲ, aut potius ſtat ſolitarium,) et. in formula τὰ ἐν Ῥ., (ſubſtituto alio ſubſt. πόλει, cf. 6, 3, 4.,) reſtituens καὶ, cf. §. pr., ſed in variat. §. 1. τὰ κατὰ τὴν Ῥ. it. 2, 12, 7. e. οἱ τὰ τῆς Ῥ. διοικεῖν εἰώθασιν λ. tum definite magis, quam §. 9. e. αὐτοκράτορσιν ἡμῖν, loquitur Noſter, ſed non nominato tertio, ut 8, 6, 5. Μαξ. καὶ Βαλβ. Γορδιανοῦ τε Καίσαρος, ob id ipſum nomen, opinor, et ob dicta 7, 10, 16.

καὶ εἴ τι — ἀεὶ τοῦ) Articulus τοῦ poſcere videtur nomen ἑτέρου ſibi adiungi. *Steph.* Aut τοῦ eſt delendum, aut ἑτέρου ei eſt addendum. *Reisk.*

Sed Leisn. in Ms. Bg. „ſupplet ἑτέρου“ quod non pro certo dixerim, ſed unum ἑτέρου legiſſe pro duobus ἀεὶ τοῦ, quoniam adv. hoc vulg. non oſtendit, (ut neç P. cf. 4, 15, 15.) ſed in ſua Vs. praeterea haec, primum nullum poſt ἐπείγοι comma, ſed poſt χρείαν demum maiorem diſtinctionem, ut complexus ſit enunciatione una omnia illa εἴ τι — χρείαν. Deinde refert vulg. καὶ utr. et Gr. ordine, tum hunc quoque ordinem in adv. et v. quod in medio ſtat iterum loco et divulſum eſt a ſuo adv., pro εὐμ. διοικ. καὶ — καὶ λ., prae Stp. in marg. ſeverior, partim cum P., brevius verſato ad εἴ τι λ. ſed liberius addente ſuum adv., hic iterum, ut 8, 2, 4., in ſervato abl. conſq., qui P. idem dux Bg. videtur fuiſſe ad lect. ἑτέρου per ſuum *alterutro*, et, quanquam contracta nimis oratione, retuliſſe formulam πρὸς τὴν χρείαν ad ſqq., quam Stp. quoque in marg. iunxit cum pr., redditam per merum

„τῆς ἐπείγοι[d], πρὸς τὴν χρείαν „ἀεί του[e] πρὸς τὰ καλοῦντα „ῥᾳδίως παρόντος. μηδέ τις[f]

regione urgeat neceſſitate quadam: altero ad ea, quae vocabunt, praeſto facile futuro. 17. *Neque vero quisquam ve-*

d) Hic comma, ſed nullum poſt χρείαν in Stp. rel., ſed aliquod poſt χρ. modo in Bs. 1. al. nullum vero utrinque in A. v. N. e) Ms. Ba. nihil variat. *Mart.* nec Mss. rel., ſed ἀεὶ τοῦ in A. Stp. al., ſed ἀεὶ τοῦ ἑτέρου πρὸς λ. Par. Ing. Ox. et Ed. v. N. f) Sic nobiscum Stp. rel. et tacite Mss. ſed μὴ δέ τις A. al. cf. 8, 5, 9. 7, 1, 21.

adv. *neceſſario*, ſed a Bg. per ſyn. abl., verum a Sch. in „χρ. ad *uſum* ſ. *neceſſitatem*, (qui in ſolo) ἐπειγ. *neceſſaria* ſit *celeritas*" cum pr. πρὸς hic, opinor, valeat pro διὰ, ut alibi, v. c. in πρὸς βίαν, et, ut haec *per vim*, ſic Lat. ſevere ſit *per neceſſitatem*, facta a Noſtro ex analog. et forte pro illa 2, 9, 18. e. ψευσάμενος πρὸς τὸ χρειῶδες, par que iſti ap. G. Th. 1125, 49. „*ex* uſu *temporis*, i. quando tempus exigebat" ſed a Bg. relata ad pr. ob Lat. ib. 412, 59. 76. *neceſſitate* — coactus, — *compulſus*, — conſtringi, — *flagitat* tempus *et* neceſſitas, — *quae* neceſſitas *cum* tanta *premebat*, rel., cf. 8, 2, 12. ἡ χρεία ἠπείξε, dum Noſter mox repetit pr. πρὸς alio ſenſu, varians per copiam in adv. ῥᾳδ. (pro pr. εὐμ.) ſed de ſuo ſcribens in hoc cum v. παρ. (cf. in analog. cum pr. πρὸς ap. G. Th. in Bg. e P. 1031, 98. *niſi* id *ad* nutum *tuum* praeſto *fuerit*, et in ſevero Lat. *adſum*, de perſ. etiam, 128, 43. ſqq.) it. in τὰ καλ., de re, tropo remoto ſ. mutato, quae deſiderant praeſentiam, auxilium, exercitum, cf. Xen. Bach., ſed in primis in v. ἐπειγ. cum pr. ἐπὶ, quae cum adiuncto variata eſt cum §. 14. ἐν ἀλλοδαπῇ, ubi S h. „ſub. γῆς, peregrina *terra*." Iam, equidem liberum relinquens de πρὸς τὴν χρείαν, quo quis trahat, per leniſſimam medicinam, et mut to tantum accentu feci edidi que adeo iam ἀεί του, quod pron. pr τινὸς adfuit ſupra 7, 6, 13., ſumens deinde ſubiectos gen. conſq. in n tione cauſae, qua firmatur enunciatio pr. εὐμαρ., nam *cum* duo *quid* ſint *imperatores*: facilius *et* Romanae *res* adminiſtrabuntur, *et* ſi q in *extera* regione *urgeat* per *neceſſitatem quandam*, ſemper *aliquo* e rum *ad ea*, *quae* vocant, facile *affuturo*, ſ. *et* ſi *quid* in *extera* regio *urgeat*, quippe *in* uſum ſ. *ex* uſu *temporis* ſemper *aliquo* eorum *ad ea* quae *vocant*, facile *affuturo*, i. res domi, Romae, et in provinciis facilius adminiſtrabuntur, quoniam, ſi neceſſitas exigat, ſemper aliqui e duobus imperatoribus ad exteras res, auxilii quid poſtulantes, facil aderit. Haec cum ſententiam edant commodam: praeter P., quoque a Ms. uno Vi. ſuſtinentur, dum Mss. rel. duo proferunt nova, partim communia, primo v. ἐπείγοιτο, ambiguum illud, paſſ., an med., pro vulg. act., cf. 8, 6, 3. e. 8, 4, 9., deinde pron. τὶς, ſed diverſa hactenus, quod in Ms. Ve., commate nullo poſt ἐπειγ. poſito, hoc v. cohaeret cum ſq. πρὸς τὴν χρ. Ac ſenſu med. fuit v. ἠπ. cum praep. eadem ſupra, cf. 8, 6, 17. ſed non venit aliquis ſenſus, *ſi quis* e duobus imperatoribus *properet ad* rel., at tolerabilior e paſſ., ſi *quis* adigatur *ad* rel., cf. 3, 14, 9. ὡς ἂν μὴ πάλιν εἰς τὴν Ῥώμην ἐπείγοιτο, quo forte reſpexit librarius, relinquendus poſtea in Var. L.

μηδέ τις εὐμ.) Ms. res, in inf. pro imperat. cf. §. 14., non hic eſt

„ὑμῶν οἰέσθω g, τῶν πεπραγ-
„μένων εἶναί τινα h μνήμην,
„εἴτε ὑφ' ἡμῶν, (ἐκελεύεσθε i
„γάρ,) εἴτε ὑπὸ Ῥωμαίων, ἢ
„τῶν ἄλλων ἐθνῶν k, οἳ l ἀδι-

*ſtrum putet, rerum praeteri-
rarum ullam futuram mentio-
nem, aut a nobis (iubebamini
enim) aut a Romanis, aut cae-
teris nationibus, quae ob ac-
ceptas iniurias defecerunt.*

g) οἴεσθαι Ms. Ve. v. N. h) Iterum ſic in Ms. Ba. diſerte pro εἶναι τινὰ edd. omnium, cf. 8, 3, 16. 6, 2, 7. 6, 4, 13. i) In Ms. Ve. ἐκέλευσε ſed in Excpt. Ms. Ba. „ἐκέλευσε γὰρ," quibus additis a Mart. commatibus innuitur, defuiſſe parentheſis ſigna, ut in A. al. Sed alia lectio in verbo mendoſa e finibus confuſis, v. N. ut aliud vitium in ed. Par. ἐκελεύεσθαι cf. §. 14. k) Nihil hic in ed. Bs. 1. al. pro puncto Bs. 2. L. et colo Ed., mendoſe. l) Ms. Ba. nihil variat. *Mart.* nec Mss. rel., qui adeo tenuerunt οἱ Stp. rel. pro οἳ A. cum Bs. 2. tum ἐθνῶν, ὅπου οἱ ἀδικ. ed. Par. Ox. Ed. v. N.

eadem, quoniam, ſupplendo ad inf. illo v. χρὴ, etc., non conſiſtit nominativus pron. τὶς, ut maneat lapſus in vocali; abeunte P. ad ſyn. finitum modum, oppreſſo pron. utr., at, hoc ſervato, tamen Bg. et ipſo aliorſum, pro Sch. „*ſuſpicator*" ſed variante Noſtro cum 5, 1, 10. μηδέ τις τύχης πταῖσμα νομιζέτω, et cum 7, 8, 4. οὐδέ τις λ. it. 8, 6, 17. οὔτε τὶς λ. In ſq. membro Bg. cum P. tantum partim, per ſyn. Lat. tum ad τῶν πεπρ. (cf. 2, 13, 11. et in variat. 8, 6, 15. τὰ πραχθέντα,) tum ad v. εἶν., in praeſ. per fut., cf. 2, 10, 2. et Fi. ad W. p. 343. m., diverſus in μνημ. per meliorem que notionem, ob adiunctam praep., ut formula tota fuerit e Lat. analog. cf. G. Th. 257, 79. 87. de *te a* *ſipylo* mentio *eſt* honorifica *facta*, cf. cum gen. rei ib. l. 85. unde P. inde aliam praep. Lat. fumere coactus, liber idem ad ſq. parentheſin per ſuppleta, tum v. tum adi., volens quaſi ἐκελ. γὰρ πᾶν τοῦτο, ſed manens tamen vel ſic in vulg. paſſ. cum uno Ms. Rurſus vero libere git tum in relatis deinceps εἴτε — εἴτε — ἢ, mutato poſtr. in τὲ, (cf. 2, 7. et in analog. Hor. T. p. 1000. Nr. 3. m. *ſive* quid *mecum* cogito, *ſive* aliquid *ſcribo* aut *lego*, it. p. 1002. Nr. 8. ſq.) tum in Ῥωμ. cf. §. 9. et in variat. §. 11. τοῦ Ῥωμαίων δήμου, quanquam, ut loco pr. adiectum, ſimul intelligetur de ſenatu Rom.) ſeverior ad ἀλλ., praeter ordinem, ubi ἐθν. tamen etiam de gentibus per Rom. provincias capio.

οἳ ἀδικούμενοι ἀπ.) Vel ἐν οἷς vel ὅπου ante οἱ deeſſe videri poſſet. Sed et οἳ cum accentu legitur, in qua lectione non ad vocem praecedentem, ſed ad eos, quos in ſe complectitur, reſpici dicendum eſſet. *Steph.* Praeponi iubebat Stp. ὅπου, quod recepit editor Oxonienſis. Non opus id eſt. Saepius enim invenitur eiusmodi Enallage generis, maſculinum pro neutro, ita ut ad ſenſum, non ad grammaticam veritatem ſpectetur. Pro οἱ modo legas οἳ, ut tandem aliquando aliquam ſaltem accentuum rationem habere videar. *Gedik.* recte monuit Gedikius pro οἱ legendum eſſe οἳ. *Stroth.* Et ἀπέστησαν ferri poteſt, e. ἐπανέστησαν ſubſtitui. *Sylb.*

Qui tentat contra libros et ſine neceſſitate, cum quaeratur, nonquid eſſe hic queat, ſed an vulg. per ſe procedat, quod reſpicit manifeſto rem, ſupra memoratam, tum de Afris et Carthaginenſibus, in-

„κούμενοι ἀπέϛησαν. ἀλλὰ „γὰρ ἔϛω [m] πάντων ἀμνηϛία, „καὶ σπονδαὶ [n] φιλίας βεβαί„ου, εὐνοίας τὲ καὶ εὐκοσμίας

18. *Sit vero omnium oblivio; ſit foedus amicitiae conſtantis benevolentiae que et moderati-*

m) Nihil variatum vidi, v. N. n) σπουδαὶ Ms. Ve. vitioſe confuſis litteris, cf. §. 16.

iuria affectis a Maximino per miniſtros crudelitatis, 7, 4, 2. ἐς ἀπόστασιν εὐσταθῶς ὥρμησαν et 7, 5, 19. tum forſan etiam maxime que de Aquileienſibus, quos ipſe Maximinus infeſtarat una cum exercitu, ad quem hic oratio habetur, qui que Aquileienſes, non excipientes eum urbe, et reſiſtentes oppugnanti, dici poſſunt ab eodem defeciſſe, cf. 8, 2, 3. ſqq. Sed altera res recte compoſita eſt per figuram illam, quae hic eſt eiusmodi, ut pron. relat. una cum particip., ſexu maſculino expreſſum, detur poſt ſubſt. neutrius ſexus, ſed e genere collectivorum, ubi ſubſtituas aliud ſubſt. ſexus maſc., ibi latens, v. c. ἄνθρωποι, πολῖται, δῆμοι, cf. 1, 5, 3., ut cupidius edd. arripuerint coniecturam Stp., in primis, cum et ipſe de figura iſta ſimul cogitaſſet. Ad accentum quidem verum praeivit etiam P., pro cuius libero pron., ſed ſyn., ſeverum tenuit Bg., ſecutus eundem in ſenſu particip. dando per formulam; (pro Sch. „ἀδ. *qui* iniuriam *accipiunt*“ errantis in tempore, pro perf. *laeſi* ſ. *iniuria affecti*,) recte monente Leisn. in m. Ms. Bg. „improbat Stp.“ ſed Noſtro conflante ſua per analog.

ἀλλὰ γ.) Imperativum ἔϛω, quam promiſſivum ἔϛαι, vim habet maiorem. *Sylb.* qui monet hoc, non quaſi habuerint fut. libri, ſed in ſenſum, qui in imperat. plus certi poteſt habere, quanquam interdum par fut. et ſimplici promiſſo, dum Bg. e P. retinet non modo ſyn. coniunctiv. ut §. pr., ſed anaphoram quoque in repetito eodem v. pro [...]r. copula, cf. 7, 10, 12. e., et rel. deinceps, praeter ordinem rectum [...] πιϛ., omiſſo adeo etiam adv. ἀλ. γ., quod tamen reſtitui illico [...] ſimpl. adverſ., ut in fronte enunciationis ſinerem anaphoram; [...] Noſter ex analog. fingens ſua, (maxime σπονδ. cum φιλ. cf. diſerte [...] G. Th. *foedus — amicitiae*, ex Ovid., ſed modo *firmior — amicitia*,) [...] petit quaedam cum variat. cf. 8, 3, 5. e. ἀμνηϛίαν συγγνώμην τὲ τῶν ἀμ[...]τηθέντων, it. §. 13. μετ᾽ εὐταξίας τὲ καὶ κόσμου τοῦ πρέποντος, it. 8, 1, [...] μετ᾽ εὐκοσμίας τὲ καὶ εὐταξίας, tum 1, 6, 19. αἰώνιον — πίϛιν καὶ εὔνοια[...] it. 2, 3, 12. πίϛιν εὐνοίας, denique 3, 6, 4. βεβαίας βασιλείας, hic p[...] ſexum communem, (a Mss. non tentatum, ut nec in αἰων. cf. §. [...] προσπ.) cum Plat. Menex. Gottl. p. 49. l. 88. v. Ind. cf. in hoc adi. cu[m] aliis ſubſt. rerum Orph. Phoc. Iſ. P. Mor. Xen. Bach. Dd. S. *Di.* H. S[...] T. 1. Rs. O. V. 6. cum ἀρχὴν (ad locum ſupra 2, 10, 13. e.) it. 7. Iſ. Abr. Di. Th. A. ubi et ſexus comm. cum ſubſt. fem., L. Ar. p. 272. e., ſed de perſ. etiam Thuc. cum Bau. Or. et Plut. Krg. ut in rem crit. D'Orv. Ch., ſed ap. Capit. p. 154. e. cum narrat de Maximo, Romam regreſſo, et exercitus dolore inveterato, *et* iam *quidem* nec *verbis* abſtinebatur; *quamvis* Maximus *et* apud *milites* ſaepe *dixiſſet*, oblivionem *praeteritorum* eſſe *debere*, et *ſtipendia* magna *donaſſet*, et *auxilia* in *ea* loca, *quae* delegerant, *dimiſiſſet*, ubi Caſ. N. 4. „Maximi verba ſunt in concione apud milites: (hinc, non nominato Noſtro) μηδέ τις ὑμ-

„πίστις αἰώνιος.“ Τοιαῦτά τινα[o] εἰπὼν ὁ Μάξιμος, νομάς τε χρημάτων μεγαλοφρόνως αὐτοῖς ἐπαγγείλας, ὀλίγων ἡμερῶν ἐνδιατρίψας[p] ἐν τῇ Ἀκυληΐᾳ, τὴν ἐς Ῥώμην ἐπάνοδον

19. onis fides ſempiterna. Talia quaedam locutus Maximus, ac donativum magnificum eis pollicitus, paucos dies commoratus Aquileiae, reditum in urbem Romam inſtituit.

o) Hoc accentu edd. omnes, tacite etiam Mss. cf. §. 17. 8, 3, 16. p) ἡμερῶν διατρίψας λ. Mss. Ba. et Vi. v. N.

οἰέσθω τῶν π. εἶναί τινα μν., εἴτε ὑφ᾽ ὑμῶν, — ita ſcribendum, non ἡμῶν — ἐκελεύεσθε γὰρ, εἴτε — ἐθνῶν, οἱ ἀδικούμενοι ἀπέστησαν. ἀλ. γ. ἔστω ἀμν.“ qui, praeter veram nobiscum lect. in poſtr., cogitans in alio pron. milites ipſos, (haud dubie ob ſecundam perſ. v. ἐκελ.) ſumſerit ſubſt. μνημ. cum P. pro interna cogitatione, quae tamen, ut in N. pr. tangebam, non ſatis convenit cum contextu rel., i. e. cum formula v. εἶν. et pr. ὑπὸ, et praeterea in ſq. ἀμνηστία facit tautologiam quandam, quae contra, de Bg. Vs., diſtinguitur ita, ut pertineat ad animum, ſed μνήμη ad corpus, os, dicta et opprobria.

μαθοντ.) Liber P., tamen nil prodit e Ms. lectione dupl., primum inſerto οὖν, ut 3, 5, 15., poſt particip. et in apodoſi iterum, ſed hic fortaſſis e Ms. diſtinctione maiori poſt αὐτ. Tum nomen propr. τοὺς Γερμ. additur e gloſſa pro ſupplendo mente pron. αὐτοὺς, quod diſerte comparet quoque ap. Bg. cf. §. 13. 4, 9, 13., dum et alia dant Mss. noſtri ſupplementa, cf. 7, 10, 1. 7, 11, 10., ſed P. hic illud nomen opprimit, quoniam in pr. iam dedit eo caſu, liber hic et aliter ad μαθ., uti Bg. aliter quoque, quam ſupra, commode que ad nominativum particip. ſervandum, per formulam quidem eandem cum 2, 8, 18. e., conſtante Noſtro per analog. etiam ſqq., variando cum §. pr. πάσαις ταῖς τοῦ σωμ. λωβ. it. 5, 8, 18. λωβηθέντα et 1, 13, 11. τέλος λελωβημένους, addito acc. ellipt. πᾶν τ. σ., forſan e Luc. 3, 106. l. 51. ἄνθρωπος, διάστροφος τὸ σῶμα καὶ λελωβημένος, *homo*, diſtorto *corpore* atque *debili*, ubi ſeverior Bg. prae P., ſpretis et ej. adv. binis, cf. §. 11. 6, 8, 14., deſc.

καὶ καταλιπόντες τὰ σώματα, ἐῤῥιμμένα[b] ἐπὶ τῆς λεωφόρου, αῤάμενοι[c] δὲ τὸν Γορ-

16. Ac relictis cadaveribus in plataea abiectis, tollentes

b) Ms. Ba. ἐῤῥιμένα λ., ut ed. Bs. 2. R. mendoſe, cf. 8, 4, 28. c) Sic ſine iota Bs. 2. L. al. pro ἀῤαμ. rel. cf. 7, 10, 15.

rens etiam Stp. in m. ad ἤδη, pro aliorum *tum demum*, cf. 3, 12, 13. 2, 12, 6. e. Abr. ad Ae. 1, 58. e. cum ſyn. Dem. τότ' ἤδη 1373, 2. ſine Ind. cui add. cumulatum ἤδη — νυνὶ 722, 11. et Capit. p. 157. m. *ſed ubi compererunt*, Germanos *ad* defenſionem *illorum* ſupervenire, *ambos* occiderunt, *et* in *itinere* medio *reliquerunt*. Quae reſpiciunt Noſtri ſqq., per analog. conficta, variando cum 8, 5, 12. αἱ λεωφόροι ὁδοὶ, cf. 3, 12, 25., ubi liberum, a brevitate etiam, P. caſtigavit Bg., ſeverior ad v. ἐῤῥ., cum Sch. „abiecta *in* viam *corpora*" qui cogitat enallagen caſus gen. poſt pr. ἐπὶ pro acc., quae per ſe procedit, ut et illa, quam antea Capit. cum P. voluerit, in gen. pro dat. ſ. abl., conſtructo v. καταλ. cum ἐπὶ λ. et ſine commate ἐῤῥ. cum τὰ σωμ., (ubi nec in Ms. Bg. fuit,) et per ſe ſumto particip. ἐῤῥ. cf. §. 19.

ἀῤαμ.) De levatione Imperatoris, e Capitolino et aliis prolixe diſſerit Petrus Pithoeus, Adverſ. l. 2. c. 6. *Sylb.* Verte, *quum* humeris *impoſuiſſent* Gordianum *portandum*. Nam haec vis eſt verbi medii. VII, 10, 15. additur ἐπὶ τῶν ὤμων. *Leisn.*

Pithoei quidem ſunt in Grut. Lamp. et laudati a Sb. ib. p. 783. ſq., ubi et noſtrum affert locum, (ſine Vs. cum Gr. depravatis,) „Capit. in Max. et Balb. *inter haec* Gordianus *Caeſar* ſublatus *a* militibus *Imperator* eſt *appellatus*. Quod Herodianus, ex quo ille multa transtulit, ſic expreſſit: ἀῤαμ. λ." incertus, an hic locus, ut et duo Capitolini, de levatione imperatoris per clypeum ſint accipiendi, quem Pithoeum reprehendit auctor Ille libelli Academ. ſub Klotzii praeſidio de inauguratione *principum* ſuper *clypeo* p. 16. e. ſqq., non reſpiciens ad Noſtrum, qui brevius variarit cum 2, 6, 19. ἐν μέσοις αὐτοῖς ἔχοντες τὸν ἴδιον βασιλέα, ὑπέρ τε τῆς κεφαλῆς αἰωροῦντες τὰς ἀσπίδας καὶ τὰ δοράτια, ex quo loco aeque nil pro *elevatione* per *clypeum* efficitur, cum h. l. eodem iure procedat illud Leisn. ſupplementum, aut alterum ſyn. caſu 2, 9, 7. e. ἀῤ. ἐπὶ τοῖς λ., dum univerſe tantum et Sb. Ind. hinc „αἴρ. — ἀῤ. τὸν Καισ. levantes, *in* altum *tollentes*" in poſtr. cum P., qui libere aliud ſupplementum refert *manibus*, quo de cf. 2, 9, 9. p. 282. e. quod per ſe nec ipſum ineptum, et ex hiſtoria noſtrorum temporum cognitum, ubi homines, nudis ſublati manibus, geſtati ſunt per ſpatium aliquod, cum ipſis adeo eſſedis alii; nil dirimente etiam Caſ. ad Capit. l. l. p. 157. e. N. 6. „*ſublatus*, nempe de aedibus ſuis in caſtra praetoria. neque enim referam ad morem elevandi ſuper ſcuto eos quibus deferretur imperium. Herodianus nude haec dixit ἀῤαμ. τὸν Γορδ. quae non aliter accipienda" quam quomodo? In ſqq. brevior P. iterum et liber in ordine, ubi Bg. potius cum Stp. in m., dum Noſter ex analog. reſpicit titulum Gordiani 7, 10, 16. 8, 7, 22., per variat. addito hic particip. ὄ., it. breviorem cum alia formula 3, 7, 19. e. ἐν Καίσαρος τιμῇ καὶ ἐξουσίᾳ γεγονότα, ut in ſq. cum 8, 6, 4. e. et 13. τοὺς - ἀναδειχθέντας αὐτοκρ. — αὐτοκράτορας, οὓς

διανόν, Καίσαρα ὄντα, αὐτοκράτορά τε ἀναγορεύσαντες [d], ἐπειδὴ πρὸς τὸ παρὸν ἄλλον οὐχ εὗρον, βοῶντές τε [e] πρὸς δῆμον [f], ὅτι ἄρα εἴησαν ἀπεκτονότες, οὓς ὁ δῆμος οὐκ ἐβού-

Gordianum, qui Caeſar erat,
imperatoremque declarantes
(quoniam in praeſens alium
17. non inveniebant) clamantes ad populum, *ſe interfeciſſe eos, quos populus noluiſſet ab*

d) Parentheſis ſigna ſunt tantum ap. Bg. v. N. e) In Ms. Ba. τε abeſt. *Mart.* v. N. f) πρὸς τὸν δημ. Ms. Ba. v. N.

ἡ σύγκλητος ἐποίησε, cf. 6, 9, 11. et 5, 8, 20. αὐτοκρ. τὸν Ἀλεξ. ἀναγορεύσαντες, pron. αὐτὸν hic oppreſſo.

ἐπειδὴ) Ad Capit. p. 157. e. quia *non* erat *alius* in *praeſenti*, comparat Caſ. N. 7. Noſtrum ſine Vs., etiam hic ſcribentem ex analog. et per variat. cum 8, 5, 2. τούτους εὕρισκον λ. it. 5, 5, 2. e. αἴτιον — οὐκ ἄλλον λ. et 2, 1, 8. e. οὐδένα οὕτως ἐπιτήδειον εὕρισκον, ὡς Περτίνακα, in quem locum cf. G. Th. v. *inv.* 1208, 90. p. et p. ſq. l. 23., qui non tenet Bg. ordinem in v. *al.*, poſtpoſita neg., 251, 90. ſq. p. et p. ſq. l. 63. ſqq. nec Hor. T. p. 112. m. p. ſq. e., ſed 114. i. modo „qua *mulier* alia *nulla* eſt *pulcrior*“ dum Sch. in „εὑρ. alius *illis* non *occurrit* eligendus in Imp.“ caſtigans ſic P. liberrimum, (maxime in neutro poſito pro maſc. cf. 5, 7, 12.) ut Bg., fere e m. Stp., unde et ſumta parentheſis, per ſe non omnino neceſſaria.

βοῶντές τε) Rectius cum articulo legemus πρὸς τὸν δῆμον, ut ſeq. mox ὁ δῆμος. *Sylb.* Qui, tentans ſubinde in ſuperioribus eandem rem, cf. 3, 12, 25., hic conſpirantem habet Ms. unum, ſed hauddubie e gloſſa et ſq. illo ipſo mox ὁ δημ., cum ille Ms. ſaepe obtrudat artic., hic porro maneant rel. Mss. in vulg., ubi nec elapſus per ſe ob vicinitatem, tum univerſe nil certi ſit in toto genere hoc, denique Noſter promiſcue cum ſuo hoc ſubſt. adhibeat artic. vel minus, cf. 1, 7, 3. e. δήμοις — ἐπιφανεὶς et 1, 11, 15. m. τοῖς δήμοις ἐπεφαίνετο, ut adeo et hic variare potuerit, ſicut cum ſubſt. aliis, cf. §. 3. 10. ἐν Ῥώμῃ et ἐν τῇ Ῥ. etc. Sed Ms. eiusdem τε, oppreſſum in particip. pluribus, et hic iterum in ſecundo membro, cf. 8, 3, 8., ſed praecedente eodem τὲ, per ſe innoxie, at contra rel. Mss., ignorat quoque Bg. e P., cf. 7, 11, 18. e., ſeverior idem in Gr. ordine, omiſſo ej. libero adv. cf. 7, 10, 11. et in analog. G. Th. 944, 66. ad *me* omnes *clamant*, ianua *culpa* tua *eſt*, ſed in L. N. T. e Luc. 18, 7. τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, alio nonnihil ſenſu, at cum eadem coniunct. e Gal. 4, 27. βόησον λ. ὅτι λ. cui Noſter de ſuo iterum iungit ἄρα, omiſſum a Bg. et P. rurſus, cf. §. 2.

εἴησαν ἀπεκτ.) In his cum ἐπελέξαντο modi variatio eſt, qualis alibi quoque apud hunc ſcriptorem annotata eſt. *Sylb.*

Qui vidit recte enallagen modi, opt. perf. et indic. aor. 1., cf. 8, 5, 15., ubi ſtulte Sch. in „ἀπ. quod *eſſent* illi, *qui* occidiſſent *eum* „non videns periphraſin perf., quam unus Bg. recte vertit, ſeverior ipſo Stp. in m., e quo tenuit ſuppletum pron. recipr., de ſuo aut e Sb. N. ſq. addens alterum pron. demonſtr., omiſſum ante pron. relat., ſeverior

λετο ȣ ἐν ἀρχῇ ἄρξαι, Γορδια-
νόν τε ἐπελέξαντο, ἐκείνου τὲ [h]
ἀπόγονον, καὶ ὃν αὐτοὶ Ῥωμαῖ-

initio imperare, Gordianum-
que elegiſſe, Gordiani illius ne-
potem, quem ipſi Romani coë-

g) Mſs. Ba. et Ve. ἐν ἀρχῇ οὐκ ἠβούλετο ἄρξ. v. N. h) Sic diſerte Ms. Ba et tacite etiam Mss. rel., ſed in edd. τὲ omittebat Bs. 1. R., porro ἐκείνου γε ἀπόγονον, ὃν καὶ αὐτ. Par. al.

idem ad ſqq., per analog., ſervans e P. tantum Lat. ad ἐν ἀ. cf. 1, 5, 26. quam formulam, alio poſitam in Mss. duobus loco, pro adv. cogitatam, ut 8, 5, 3., ſed cum violentia contra que Ms. tertium, nec ad laevitatem, ſed forſan ob ambiguitatem aliquam in vicino v. ἀρξ., videatur et P. ſic habuiſſe in ſuo Cod., ni libere omiſerit v. ἀρξ., ad Capit. p. 157. e. *inſultantibus* militibus *ſenatui* et *populo*, vere monente Caſ. N. 8. „de ſenatu verum eſt: de populo videtur male accipere Herodiani verba: βοῶντες πρὸς δῆμον ὅτι — ἄρξαι. quae oratio eſt blandientium populo, et gratiam illius captantium potius, quam inſultantium.“

ἐκείνου) Fortaſſe ἐκείνου γε ἀπόγονον, ὃν καὶ αὐτοὶ Ῥωμ. nepotem *illius* Gordiani, *quem* ipſimet *Romani* ſuſcipere *imperium* coëgerant. *Steph.* Pro pronomine ἐκείνου malim nomen Γορδιανοῦ, hoc ſenſu, *et* ad *populum* clamitantes, *ſe* interfeciſſe *eos*, quos *ipſe* populus *ab* initio *imperare* noluerit, *Gordianum* que *delegiſſe*, Gordiani *ſcilicet* veteris *nepotem*, et *quem* ipſi *Romani* per vim *ad* imperium *evexerint*: quae hiſtoria ſupra narrata 7, 10, 14 ſqq. De iuniore enim Gordiano haec potius intelligenda, quam de ſeniore, qui ab Afris imperator fuit creatus, de quo 7, 5, 17. ſqq. *Sylb.*

Primo contra Stp. in m. ſervat Bg. e P. primum τὲ, ſed ex eodem non tantum omittit τὲ alterum, quo de hic maxime quaeritur, it. καὶ, verum et addit nomen propr. ante ἐκ., ſervato hoc pron., (cum Stp. in m.) quod non comparet ap. P. Is igitur, tacentibus Mss., putandus eſt aut alium habuiſſe Cod., (ubi de coniectura Sb., pro pron. ἐκ. eſſet nomen propr.) aut ſubſtituiſſe vulgato pron. illud nomen propr., ut fecit alibi per alia ſubſt. cf. 7, 4, 4. etc. Tum, quamquam non refugit Noſter figuram illam polyptoti, quae in repetito nomine illo propr. exquiſitior eſt ap. P., quam Bg., et quanquam fingi per ſe licet, elapſum eſſe nomen ob pron. ἐκειν., ante vel poſt id, cf. 7, 9, 16. e. 20. i. 8, 6, 5 Γορδιανοὺς — ἐκείνους, denique quanquam hoc poſtr. loco ſimul eſt nomen cum pron. noſtro: tamen ex conſenſu Mss. in vulg. ſumi poteſt aeque ἀπὸ κοινοῦ e que alio caſu pr. illud ipſum nomen, et per ſe ſufficere ſolum pron., et Bg. ad perſpicuitatem maiorem ſervaſſe id, ſicut alibi de ſuo admittit polyptoton in alio genere, cf. 7, 10, 8. ἀνειπ. Porro idem Bg. alias etiam opprimit τὲ, intervallo ſequente καὶ, etiam hoc καὶ non raro, ubi pro copula ſtat mera, cf. ante καὶ 7, 3, 14., ſed utr. adeo 4, 7, 1. Ego quidem, manens cum Mss. in vulg., agnoſco duo membra, pertinentia ad praeſentem Gordianum, ut commendetur duplici argumento, tum genere, tum electione, *Gordianum*, tum *illius* noti *nepotem*, (cf. 7, 10, 14. et ſq. Γορδιανοῦ ἔκγονον, per variat., et cum gen. perſ. ἐκ. per analog. cf. Suid. ἀπόγονοι, οἱ ἔκγονοι, vano diſcrimine Ammon., Hſy. Poll. Ind. Sb. Iſ. Ev. Ael. V. h. Dd. S. Gem. Pl., ſed pro

νι ἐξεβιάσαντο [i], ἔχοντες [k] αὐτὸν, ἀπελθόντες ἐς τὸ ςρατόπεδον, συγκλείσαντες [l] τὰς

18. giſſent imperare: atque habentes eum ſecum ingreſſi caſtra, clauſis portis quieſce-

i) ἐξεβιάζοντο ed. Par. mendoſe, tum hic comma noſtrum in A. al., colon in Ox. al., ſed punctum in Stp. rel. v. N. k) Ms. Ba. ἔχοντες οὖν αὐτὸν καὶ ἀπελθ., ſed ed. Par. al. καὶ ἔχ. αὐτ., at Ing. ἔχ. δὲ αὐτ. v. N. l) κλείσαντες Mss. Ba. et Ve. v. N.

adi. Lu● et tropice ib., tum maſc. τῶν τόκων, tum neutr. δείπνων ἀπόγονα, ſed neutr. plur. medico ſenſu Foeſ.) *tum* talem, *quem* ipſi *Rom.* rel., ubi adeo deeſt iterum, mente ſupplendum, pron. demonſtr. ἐκεῖνον ſ. τοιοῦτον, cf. 5, 1, 7. et in abſolutum Ῥωμ. pro P. 8, 7, 17., per variat. cum privo pr. ὁ δῆμ. et proximo 8, 5, 15. πᾶς ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων, tum 2, 3, 11. in v. ἐξεβ., ubi Bg. deſerit P. et ſe ipſe neceſſario, dum noſtrates habent ſeverius *erzwingen.*

ἔχοντες) Forte καὶ ἔχοντες, vel ἔχοντες δὲ αὐτόν. *Steph.* qui, in Vs. ad marg. non inſerens copulam, reſolvit ſq. particip. in finitum v., cum P., clauſa periodo cum v. ἐπελεξ., (quoniam pr. participium ἀναγορ. mutarat in v. finitum,) novam hic periodum inſtituat, non modo convertendo pron. αὐτ. in aliud τοῦτον, ſed etiam addito adv. *igitur*, id que vel libere, cf. 7, 12, 1. vel e Cod. ſuo, qualis hic Ms. Ba., obtrudens particulam hanc iterum, ut §. 15., ſed ſimul novam copulam ad ſq. particip., cf. 8, 7, 1. e., dum Bg., obſecutus, opinor, coniecturae Stp., refert adiunctam copulam, vel in fronte particip. primi, cf. 6, 7, 12. vel poſt id ſyn. τε, quaſi elapſam ob pr. finitionem, cf. §. 3. m. 8, 4, 4. Ego vero, quanquam addito hic numero novae §., ſed tantum, ut orationem praeced. alienam militum ſic aliquo pacto ſepararem a rel. narrationis corpore, removens poſt ἐξεβ. diſtinctiones illas edd. maiores, poſito tantum commate ibi, oſtendo unam modo periodum, inde a §. 16. καὶ καταλ. usque ad ἡσυχ., quo v. poſtr. finiti temporis nituntur omnia tot praemiſſa particip., deinceps ſane cumulata. Sed in Bg. Ms. notarat Leisn. formulam *ſecum* linea rubri coloris, ductam e P., quale ſupplementum peti queat e 2, 15, 10. σὺν αὐτῷ — εἶχε λ. cf. in variat. 2, 6, 19. ἐν μέσοις αὐτοῖς ἔχοντες τὸν ἴδιον βασιλέα, de ſuo dum Bg. reddit ſeverius ἔχ., etiam ſq. ἀπ. cum Sch. partim „*ingreſſi* in *caſtra*“ per analog. et variat. cum 4, 13, 7. ἀπελθεῖν εἰς τὸν νεὼν λ. it. cum §. 14. m. hoc cap. ἐπὶ τὸ ςρατ. ἀπηγ., nil novante Ms. Ba. in praep. cf. 8, 7, 22., quanquam concurrunt hic ſimiles ſyllabae ac finitiones.

συγκλείσαντες τ. π.) Mss. duorum ſimplex pro compoſ., cf. 7, 1, 18. e., varie hic ortum ſit, vel librarii culpa elapſa ut credatur praep., ob finitionem pr., vel ex gloſſa, ut notio indicetur, (unde et Bg. e P., qui vel libere vel e Cod. ſimili dederit,) aut per comparationem Noſtri, variantis hic cum 7, 11, 12. εἰς τὸ ςρατοπ. καταφυγόντες, καὶ τὰς πύλας, ὡς ἐδύναντο, κλείσαντες, (etiam per ordinem adeo,) it. cum 5, 3, 26. εἰσκομίσαντες, τάς τε πυλ. ἀποκλείσαντες, et ſcribentis iterum ex analog., tacente Stp., cf. Thuc. πρὶν ξυγκλεισθῆναι πάλιν τὰς πύλας, antequam portae rurſus *clauderentur*, ſed act. cum aliis acc. locorum Rs. O. V. 4. 6. 8. And., nil ferente G. Th. in ſevero *conclud.*, ſed P. deſerente Bg. in ſq. ἡσ.

πύλας, ἡσύχαζον. οἱ δὲ[m] Γερμανοὶ, μαθόντες ἀνῃρημένους τὲ καὶ ἐῤῥιμμένους[n], ὧν χάριν ἠπείγοντο[o], οὐχ ἑλόμενοι πόλεμον μάταιον ὑπὲρ ἀνδρῶν τεθνηκότων, ἐπανῆλθον εἰς τὸ ἑαυτῶν καταγώγιον. τέλει μὲν δὴ τοιούτῳ ἐχρήσαντο[p] ἀναξίῳ τὲ ἅμα καὶ ἀνοσίῳ σεμνοὶ καὶ

19. bant. At Germani cognito occiſos et abiectos eſſe, quorum cauſa properarent, cum nollent bellum irritum ſuſcipere pro hominibus iam mortuis, reverſi ſunt in ſuum
20. diverſorium. Exitum ſcilicet talem habuerunt, indignum et nefarium, venerabi-

m) δὲ omiſſum in ed. Lu. vitioſe. n) Hic rectius Ms. Ba. tacite, quam §. 6. o) ἐπειγ. ed. Bc., ut 8, 2, 5. p) Colon in Ms. Ba., ut comma in Bs. 1. et in his quoque poſt ἀνοσ., it. al. v. N.

οἱ δὲ Γερμ.) Bg. diſcedit a P. in μαθ. (aliter, quam §. 15. cf. 1, 10, 6. et in variat. 7, 3, 15. ἀναιρεθέντας λ.) tum in dupl. τὲ καὶ per ſyn. unam, porro in ἐῤῥ. (ubi ſemel non vitiatus Ms. Ba. cf. §. 16.) it. in alio tempore ad ἠπ. cf. §. 15., ſed per ſyn. ad ἀνδρ. it. brevius ad τεθν., de ſuo addens adv. ἤδη, cf. §. 15., denique praeſertim ad extr. membrum tum per ordinem, tum in numero ſubſt. et in tempore v., cf. in variat. 8, 7, 20. ἐπανῆλθεν ἐς λ., dum Noſter ex analog. conflat omnia, cf. Dem. 161, 6. ὑπὲρ τοῦ — πόλεμον αἱρεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς, cum variat. pro 7, 10, 3. πόλεμον ἄρασθαι, it. 5, 4, 17. ſq. οὔτε — μάχεσθαι ἤθελον ὑπὲρ τοῦ μὴ παρόντος, — ὅτι μάτην ὑπὲρ ἀνάνδρου — μάχονται, et G. Th. in ſubſt. *bella inania gerentem*, ſed de ſuo in καταγ. de Praetorianis, cf. Capit. p. 158. i. *Germani* ſane *ne* ſine *cauſa* pugnarent, *occiſis* imperatoribus *ſuis*, extra *urbem*, ubi *ſuos* habebant, *ſe contulerunt*, ubi Caſ. N. 2. „Herodi. εἰς τὸ ἑ. κατ.“ quo de diverſorio nihil ap. Lipſ. in Op. T. 3. de magnit. Rom. p. 27., ubi m. Germanos eosdem putat cum Batavis. E Noſtri quidem hoc loco, comparato cum pr. narratione inde a §. 10., apparare videtur, illud diverſorium nec fuiſſe in Urbe ac palatio imperat. ſed extra urbem, (quod et Capitol. antea dicebat, ubi nulla eſt Nota,) nec in caſtris Praetor., quae, caede confecta, clauſerunt Praetoriani §. pr. e., ſed fuiſſe ſeparatum.

τέλει μ.) E P., negligente particulas utr. iterum, ſervat Bg. modo Lat. in v. ἐχρ., reddens unam δὴ, ſeverior que in ordine, cf. 8, 5, 26. τοιούτῳ μὲν δ. τέλει — ἐχρήσαντο, quocum variatum, it. cum 3, 4, 15. τέλει μ. δ. τούτῳ λ., nil novante hic Ms. Ba., ſed in iunctis per analog. adi. libere addente P. ſuum adv. cf. 8, 4, 10., tum G. Th. *indigna* morte *peremtum* Virg. it. Ovid. *indignam* necem *patietur*, cf. v. *nex*, ubi et 434, 54. ex ej. Ib. v. 378. *infandae* dediſſe *neci*, ſed ap. Stp. Th. 4, [illegible]. e P. integro „Herodi. l. 8. π. μέντοι τοι. ἐχρήσαντο, ἀναξίῳ τε καὶ ἀνοσίῳ, σ. κ. λ. ἀ. σ.“ cum aliis lect. memoriter.

σεμνοὶ λ.) *venerabiles* ſenes *et* commemoratione *digni* ſ. et *digni* quorum *memoria* celebretur. *Steph.*

λόγου ἄξιοι πρεσβύται, εὐγενεῖς τε καὶ κατ' ἀξίαν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐληλυθότες. ὁ δὲ Γορδιανὸς, περὶ ἔτη πού γεγο-

les et quantivis pretii ſenes, nobiles, meritis que ſuis ad 21. imperium evecti. . Caeterum Gordianus, annos na-

Qui ſic caſtigat P., reddentem formulam poſtr. per ſyn. fere cum pr.ladi., a quo diſcedit Bg., per formulam vertens, ſecus ac 1, 13, 14. e., ubi V. it. 2, 15, 13., ut ad Capit. p. 158. i. hunc *finem* habuerunt *boni* imperatores, *indignum* vita *et* moribus *ſuis* Caſ. N. 2. „haec quoque periodus ex Herodi. eſt paene ad verbum translata.“ Sed Bg. negligit e P. etiam particulam ἅμα, cf. 2, 10, 1. 2, 8, 4. e., diverſus ab eodem in εὐγ. et partim ad ſqq., converſa formula κατ' ἀξ. in abl. meri ſubſt., ſed de ſuo addens pron. poſſeſſ., ubi licuit ſeverius iterum, *pro merito* ſ. ex *merito* ſ. *dignitate*, cf. 2, 3, 15. etc., ſed partim cum Sch. in „ἐλ. *provecti* ad *imperium*“ quae Noſter per analog. fingit, ut pr., et variando cum ſuperioribus, cf. 7, 1, 21. ἐπὶ τ. ἀ. ἦγον, it. εἰς τοῦτο, ſ. ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντες 5, 1, 14. e. 16. e. cf. 2, 3, 3. e. cum Zoſ. 3, 36, 2. e. τὸν παῖδα γοῦν ᾔτησαν εἰς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἐλθεῖν, *filium* ſummae *rerum* praefici *poſtulabant*, repetens de εὐγεν. ſua, cf. §. 9.

ὁ δὲ Γορδ.) v. Capitol. in Gord. tertio. *Boecl.* reſpiciens ib. p. 111. i. *tunc* populus *et* milites *Gordianum* parvulum *annos* agentem, *ut* plerique *aſſerunt*, undecim, *ut* nonnulli, *tredecim*, ut *Iunius Cordus* dicit, *ſedecim*, — petiverunt, *ut* Caeſar *appellaretur*, (ad quae Caſ. N. iam dedimus ſupra ad 7, 10, 15. i.) — *Et* quum *extinctis* Maximinis, *Maximus* etiam *et* Balbinus *militari* ſeditione *interemti* eſſent, qui *biennio* imperaverant, *Gordianus* adoleſcens, *qui* Caeſar *eatenus* fuerat, a *militibus* et *populo* et *ſenatu* et *omnibus* gentibus, *ingenti amore, ingenti ſtudio et gratia* Auguſtus *eſt appellatus.* De cuius *qui* biennio *imperaverant* nihil mihi quidem praeterea innotuit. Si verum diceret ille; habet autem conſentientem Vict. de Caeſ. 27, 4. *horum* imperio *ad* biennium *per* huiusmodi *moras* annus *quaeſitus*: ſumtis Noſtri hic annis *tredecim*, quoniam Gordianus ſimul electus cum Maximo et Balbino, Caeſar quidem, cf. 7, 10, 15. ſq., cum ib. dicatur univerſe tantum παιδίον νήπιον et διὰ τὴν ἡλικίαν οὐχ οἷός τε ἦν προΐστασθαι τῶν πραγμάτων, colligi poſſet illius tunc aetas. Sed Angli ap. Heyn., ut iam dictum ad 7, 10, 15. i., T. 4. p. 1091. i. tunc edicentes, *der* damals *nur* zwölf *Iahre* alt *war*, nunc p. 1094. e. habent, *Gordian war* itzt *ungefähr* 13 *Iahre alt*, cum annis in marg. A. V. C. 991., cum ad priorem aetatem praefixiſſent A. V. C. 990. Per quae hi nec ipſi ſumſerint Capit. illud *biennium.* Denique cum nos delegerimus ex Illuſtris Heynii monito ib. p. 1088. e. iam ibi primum illum A. V. C. 991. numerum, nec deprehenderimus alium in N. propoſitum deinceps, aut illum ipſum in N. improbatum ad Anglorum enunciatum poſtr. de aetate Gordiani, prorſus convenienter cum Noſtri hic verbis, et forſan hinc ducto: nil iuverimus volentes colligere inde aetatem priorem, quae fortaſſis recidat in Anglorum iſtam *duodecim* annorum, quoniam ad geſta omnia interea liceat ponere ſpatium unius anni. Sed in conflatis a Noſtro per analog. membris Bg. hauſit e P. modo quaedam, tum δὲ, cf. 8, 3, 22.,

νῶς τρισκαίδεκα, αὐτοκράτωρ τὲ ἀνεδείχθη, καὶ τὴν Ῥωμαίων q ἀρχὴν ἀνεδέξατο r.

tus circiter tredecim, imperator declaratus eſt, et Romanum imperium ſuſcepit.

q) Ms. Ba. τὴν τῶν ῥωμ. ἀρχ. v. N. r) Addunt edd. *Finis* Ox. al., ſed Τέλος A. 2. al., tum Ηρωδιανου της μετα Μαρκον βασιλειας τελος A. 1. al. maiuſculis aut parvis elementis et cum accentt. aut ſine his.

tum ἀνεδ. cf. in variat. etiam 8, 6, 4. τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίων συγκλήτου (quem Senatum e Capit. l. l. hic mente ſuppleas ſimul) ἀναδειχθέντας αὐτοκράτορας, it. 3, 2, 9. ἅμα τῷ βασιλεὺς ἀναδειχθῆναι, tum denique poſtr. omnia, praeter ordinem ſeveriorem, ſervata que copula Gr., quam P. oppreſſit ob prius membrum mutatum in particip., dum Noſter variat quoque cum 5, 7, 7. ἔτη γεγονότα περί που ἑκκαίδεκα, per ſitum tum v. γεγ., tum formulae περ. π. quae et diremta, it. cum 7, 5, 4. αὐτὸν ἡδέως ὑποδέξασθαι τὴν ἀρχὴν ᾤοντο, et 2, 1, 8. τὸν διαδεξόμενον τὴν ἀρχ. etc. it. 1, 5, 2. τοῖς βασιλείαν διαδεχομένοις, etc. Sed Ms. additus artic. alter, cf. 7, 1, 9. e. 6, 6, 11. etc., non vero 8, 6, 10. it. 7, 5, 12. e. τῷ Ῥωμαίων δήμῳ, etc., demtus que contra 1, 17, 9., nil prodit mihi, quam Gloſſatoris tum inconſtantiam, tum ingenium, confingentis hanc rationem ſuam vel aliunde, cf. allata 7, 11, 1. e Polb., ubi et formula *alia* 1, 2, m. ὑπὸ μίαν ἀρχὴν ἔπεσε τὴν Ῥωμαίων, vel e Noſtri ratione eadem cum aliis ſubſt., cf. 7, 6, 15. τὴν τῶν σφραγίδων ἐπίγνωσιν, (qua ſi nitaris, putare oporteat, excidiſſe in Mss. rel. alterum artic.) aut non diſſimili iſta 2, 9, 9. m. τῆς ἀρχῆς τῶν Ῥωμ., pro ſolenniori 6, 2, 14. τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς afferens aliam τῆς ἀρχ., τῶν Ῥωμ. quibus alia rurſus addetur 3, 5, 2. πᾶσαν τὴν ἀρχ. Ῥωμαίων, ut plene dederimus in ſic miſere tractati Herodiani fine, qui contigit d. XXII. Novbr. A. CIↃIↃCCLXXXX, ſed per prela demum d. XXVI. Nov. A. ſequente.

EXCVRSVS

AD

8, 1, 7.

— πρώτῃ Ἰταλίας πόλει, ἣν καλοῦσι Ἡμᾶν οἱ ἐπιχώριοι.

Sylb. Ind. Lat. „*Emonis* ſ. *Emonae* ſitus, conditores, etymologia 804, 33. eadem *Hema* ſ. *Hemona*. — *Hemae* urbis ſitus et deſertio 609, 5. *Hemona* Capitolino dicitur tribus in locis, etiam in m. ſ. membranis: Ptolemaeo, *Emona*, Plinio *Aemona*: Zoſimo *Emon* 804, 33.“ mediis numeris innuens Noſtri locum, ſed reliquis Zoſimi, qui eſt ed. Cell. 5, 29, 1. Στελίχων δὲ, ἀγγείλαντος αὐτῷ τινος, ὡς τὰς Ἠπείρους Ἀλλάριχος καταλιπὼν, ὑπερβὰς τε τὰ διείργοντα στενὰ τὴν ἀπὸ Παιονίας ἐπὶ Οὐενετοὺς διάβασιν, τὰς σκηνὰς εἰς Ἥμωνα πόλιν ἐπήξατο, μεταξὺ Παιονίας τῆς ἀνωτάτω καὶ Νωρικοῦ κειμένην, *ad Stelichonem vero nuncium quidam pertulit*, *Alarichum*, *relictis Epiris*, *et ſuperatis anguſtiis*, *quae a Pannonio tranſitum ad Venetos impediunt*, apud *Emonem* oppidum *caſtra* locaſſe, *quod* inter *Pannoniam* ſupremam *et* Noricum *ſitum eſt*, et ib. §. 5. ἐκ δὲ τῆς Ἥμωνος προελθὼν, λ. *Emone* vero *progreſſus*, ad quam §. 1. in N. Cell. „Italiae extremam urbem *Emonam* faciunt Herodianus l. 8. c. 1. Capitol. in Maximin. c. 21., unde a Valeſio in Amm. 28, 10. notatur Zoſimus, quod inter Pannoniam et Noricum ponat At Caſaub. in d. l. Capitolini, *Emona*, inquit, *Pannoniae ſuperioris urbs*, *in finibus eius ſita*, *qua in Noricum ibatur et Italiam*“ ſed ed. Reit. p. 644. Heyn. „*Emona*, nunc Labacum Carniolae eſſe putatur.“

Tum Sch. „Ἡμᾶς, *Hema* ſ. *Ema*, nom. propr. urbis Italiae, *primae*, *ad Alpium radices*, *in extrema planitie*, (e Pol. Vs. ad §. 7.) in Noricis. Sunt qui putant eſſe metropolin Carniolae, hodie *Leybach*. Alii *Igg* ſ. *Iggium*. Caſaub. ex Capit. cenſet legendum Ἥμωνα.“

Capitolini quidem loca tria ſunt haec p. 50. e. *quadrato agmine* Hemonam *venit*, p. ſq m. *plerique ſane dicunt*, *ipſam* Hemonam *vacuam et deſertam inventam eſſe*, *Maximino ſtulte laetante*, *quod quaſi civitas tota ceſſiſſet*, et p. 71. e. *lupi urbem quingenti ſimul ingreſſi ſunt in eam urbem*, *in quam ſe Maximinus contulerat*. plerique *dicunt* Hemonam, et alii *Archimeam*, certe *quae* deſerta *a* civibus *venienti* Maximino *patuit*, ad quorum prima Caſ. N. 4. „Varie corruptum eſt hoc nomen ap. Graecos Latinos que ſcriptores, ſed recta ſcriptura eſt *Emon* ſ. *Emona*, — Graeci Ἥμων, ut Zoſimus l. 5. — in Ptolemaei codicibus Ἥμωνα. in tabula itineraria quam Marco Velſero debemus et antiquis inſcriptionibus nonnullis *Emona* recte ſcriptum. et ita ſemper emendandum: nam ubique depravate hoc nomen ſcribitur: ut in hac hiſtoria ap. Herodi. ſcribendum Ἥμωνα. Et Herodianus autem, et Capitolinus ex illis Emonam Italiae urbibus accenſent: quomodo videlicet urbes finitimae modo huic, modo illi earum provinciarum quas contingunt attribui ſolent a ſcriptoribus, talium ſaepe incurioſis, ut et Strabo obſervat. nam re vera Emona Pannoniae ſuperioris urbs erat, in finibus eius ſita, qua in Noricum ibatur et Italiam. ideo Ptolemaeus inter Italiam et Pannoniam ſuperiorem eſſe ſcribit, ὑπὸ τὸ Νωρικόν. Zoſimus inter Pannoniam et Noricum.“

His ſuccedant miſſa a Moro, amico viro atque incomparabili, cuius et ſunt, quae in uncis habentur. „Vetera Romanorum Itineraria, edita a Weſſelingio, p. 560. Vrbem hanc (*Emona* eſt in textu, qui hac nota illuſtratur a Weſſelingio) in Pannonia Plinius 3, 25. collocat, Ptolemaeus in eadem provincia, ſed proxime Noricum: utrumque deſerit Herodi. 8, 1. Ὡς δὲ — ὑπωρείας τῶν Ἄλπεων, quibus utique Emonam Italiae urbibus accenſet, ſed ſi Cluverium (Ital. 1, 2.) et Cellarium (geogr. p. 557.) audieris, peſſime. Equidem viris egregiis ultro dedero, Plinii et Ptolemaei aetate Emonam Italiae non fuiſſe habitam urbem; at nihil dein fuiſſe mutatum, aut fines Italiae longius non fuiſſe prolatos, qui poſſum? Teſtem habemus Herodianum, cui Capitolinus in Maximino c. 21. adſtipulatur. (Haec ſunt Weſſelingii ipſa verba. Ego in Boecleriana ed. locum evolvi in qua legitur Ἠμᾶν, pro quo Weſſelingius, qui huic Itinerario totum locum Herodiani inſeruit, edidit ſine ulla admonitione Ἠμωνᾶν, et in verſ. lat. *Emonam.* Fortaſſe haec lectio eſt in antiquis editt. Herodiani.“)

Porro ap. Grut. in Lamp. T. 5. ſupplem. in Iac. Nicol. Loenſis Miſcellan. quae huc pertinentia ſunt p. 468. m., in Exc. ad 8, 3, 19. ſervamus, ex illo ſubiicientes modo haec p. 478. m. „In Latini Pacati Panegyrico, ita in vulgatis codicibus legitur: *Nec pia* hac mora *cunctantius* rel. Quem locum emendare volens Beatus Rhenanus, ita marginaria annotatione loquitur: Reponendum puto *Narona.* Fuit autem in Illyrico oppidum Narona, Romanorum olim Colonia, teſte Plinio. Porro cum paulo poſt Alpibus obiacentem dicit, de Iuliis intelligit. Nam Illyricum Adrius mons medium ſcindit, quem etiam Iuliarum Alpium nomine vocari docet Rufus. Sed ego ibi *Haemona* legerim. Fuit enim Haemona extrema Italiae civitas in tractu Aquileienſi ſive Venetiarum, quae prima ſemper hoſtium, per Iulium Carnicum Alpes que Iulias intrare Italiam volentium, impetum tulit.“

Tandem Cellar. l. l. ſic. „Altera Pannoniae colonia *Aemona* fuit, Plinio auctore 3, 25. Scribitur etiam *Emona*, Graece Ἤμωνα, a Ptolemaeo et Zoſ. 5, 29., quam ſcripturam Caſaubonus in Capitolini Maximinum Thracem c. 21. veriorem cenſet, ut fuerit Ἤμων, inde Ἤμωνα, ut Narbo et Narbona. Herodianus 8, 1. ἣν καλοῦσι Ἠμᾶν, (ſic per lenem,) *quam* Emam *vocant*, prave: legendum Ἤμωναν cum Zoſ. et Ptolemaeo. Capitolinus dicto loco conſentit in vocali: ſed addit adſpirationem, *Hemona*, ſicut Pacatus Panegyr. Theodoſii c. 37. *Haemona* ſcripſit; ſed abeſſe poteſt ſpiritus ſecundum inſcriptionem veterem ap. Gruter. p. 556. num. 5. *C. Petilius C. F. Cla.* Paullus *Emona.* Et Peutingerorum Tabula *Emona.* Nec vero diphthongus Plinii ſine auctoritate eſt. Inſcriptio alia p. 475. num. 1. *Decurioni Aemonae.* De ſitu etiam lis eſt. Herodianus ad Italiam refert, ut πρώτην Ἰταλίας πόλιν, *primam* et *limitaneam* urbem *Italiae*, quem ſequitur Capitolinus dicto loco, *in Italia* poſt *Alpes* conſtituens. Sed non intellexit Herodianum, cui ἱδρυμένη πρὸ τῆς ὑπωρείας τῶν Ἄλπεων, *ſita eſt* ante *radices* Alpium *Pannonicas.* nam ſequenti die ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ἠπείγοντο, *ad* Alpes *acceſſerunt.* Male vero Herodianus Italiae fines, contra conſenſum omnium, trans Alpes removit. Cum Plinio ergo Pannoniae adſcribamus: quam etiam Ptolemaeus Pannoniae Superiori adiunxit ita, ut ſit μεταξὺ Ἰταλίας ὑπὸ τὸ Νωρικὸν Παννονίας, *inter* Italiam *ſub* Norico *Pannoniae*, i. e. in harum regionum confinio, quemadmodum etiam Zoſimus poſuit μεταξὺ Παιονίας τῆς ἀνωτάτω καὶ Νωρικοῦ, *inter* Pannoniam *Primam* et *Noricum.* Vi

peritiſſimus harum regionum Io. Lud. Schönleben multis argumentis contendit, Aemonam *Labacum* Carniolae eſſe, vulgo *Laubach* dictum: quod etiam iter Antonini ab Aemona Sirmium, confirmat.“

Iam porro ad Capit. p. 51. i. *denique ubi primum caſtra in* campo *poſuit*, neque *quicquam commeatus reperiret, incenſus contra eum exercitus ſuus, quod fame in* Italia *laboraſſet*, *in* qua *poſt* Alpes *recreari ſe poſſe credebat*, Caſ. N. 1. „Ergo Emona cis Alpes? Videtur Capitolinus qui legebat ap. Herodi. in Italia eſſe hanc urbem, temere inductus, ut cis Alpes ſitam putaret. ſed negligenter legerat Herodiani verba: qui ait diſerte, *ἰδρ. πρὸ τῆς ὑπωρ. τῶν* Ἄλπεων. trans Alpes igitur: nam referendum illud *ante* ad Maximinum e Pannonia venientem. quod verum eſſe conſtat ex Ptolemaei deſcriptione: qui Emonam locat in commiſſura Cetii montis et Albani. quos montes *Alpium* appellatione Herodianus hoc loco, ut et alii multi veterum, eſt complexus. melius profecto quam Zoſimus, qui *Apenninos* ſine exemplo nominat montes, quibus Pannonia et Noricum ſeparantur, qui que Emona Aquileiam petentibus neceſſario ſuperandi. ſed aliter fortaſſe ſcripſerat Zoſimus. Ceterum excuſari poſſe Capitolinum non negaverim, ſi eius verba de fame accipiantur quam paſſus Maximini exercitus ad Aquileiam, non de ea quam Emonae.“

Apud Zoſ. quidem l. l. §. 5. erant *ἐκ δὲ τῆς* Ἥμωνος *προελθὼν, καὶ τὸν* Ἄκυλιν *περαιωθεὶς ποταμὸν, τῷ* Νωρικῷ *προσέβαλεν, ἤδη τῶν* Ἀπεννίνων *ὀρῶν ἔξω γενόμενος. ὁρίζει δὲ ταῦτα τὰς* Παιονίας *ἐσχατιὰς, στενοτάτην ὁδὸν διδόντα τοῖς ἐπὶ τὸ* Νωρικὸν *ἔθνος διαβαίνειν ἐθέλουσι*, λ. Emone *vero* progreſſus *Alarichus*, et *Aquili* flumine *transiecto*, iam *ſuperatis* Apenninis *montibus*, ad *Noricum* acceſſit. *Hi montes* extremos *Pannoniae* limites *finiunt*, et *iis*, qui *ad* Noricam *gentem* (provinciam) *transire* volunt, *artiſſimam* viam *praebent*. Ad haec nil in N. Reit. aut Heyn. monitum.

8, 3, 19.

Βέλιν δὲ καλοῦσι, τοῦτον, λ.

Memoires Critiques ſur l'hiſtoire ancienne de la Suiſſe par Mr. de Bochat Tom. 2. p. 364. „Sol ap. Orientales dicebatur *Belen*, *Belin* et cum terminatione latina *Belenus* et *Belinus*. Hoc nomen ſignificat *regem univerſi*. Haec etiam ſignificatio eſt nominum *Babal*, *Bel*, *Abelion*, *Mithra*, *Marnas*. — Veteres Celtae adorabant ſolem ſub nomine *Beleni*. — In Helvetia ſupereſt *Sauvabelin*, i. e. ſilva Beleni. — In Arvernia a Gregor. Turonenſi allegatur *mons Belenatenſis*. Etiam *vallis Beleni* memoratur. Ipſe mons *Belmont* dictus putatur eſſe i. q. mons Beleno ſacer. (ſ. Beleni mons.) M. della Torre, Eveque d'Adria a publié une diſſertation de *Beleno*. Is Belenum putat Apollinem, ſed diverſum a ſole. Negat, eſſe Orientalium Belenum. Putat, Celtarum Belenum eſſe Helenum filium Priami, qui fuerit vates, id quod occaſionem dederit eum confundendi cum Apolline. p. 369. Etiam *Trevetin* eſt quaſi *Trebelin*, i. e. regia Beleni. Cultus ſolis ante Heliogabalum Helvetiis uſitatus.“ v. Phil. della Torre Monumenta vet. Antii, ubi legitur diſſ. de Beleno veteri Aquileienſium deo. De hoc nomine v. etiam Reineſ. de deo Endovell. p. 102. ſqq. it. Zorn. Biblioth. E. A. T. 1. p. 128. ſqq. *Leiſn.* (qui et in m. Ox. „Obſ. Miſc. Vol. II. p. 175. ſq. Grut. Inſcript. p. XXXVI. n. 11. — 17. ſqq. Frick. de Druid. p. 90. ſqq. Reineſ. Inſcr. p. 98. Voſſ. ad Caeſ. b. G. 6, 17. emendat: *Βέλινον καλοῦσι τοῦτον*.“) Capitolinus in Maximin. c. 22. *deum Belenum* vocat. In Herodiano non

Βέλιν, ſed Βέλινον, Salmaſius notat. Apollinem eſſe, ſ. Solem, Herodiano conſentit Capitolinus. v. de origine nominis de que cultu dei huius G. I. Voſſ. theol. gentil. 2, 17. et Auſonii Profeſſ. Burdigal. carm. 4. v. 10., etiam Vinetum et Io. Scalig. Lect. Auſon. l. 1. c. 9. *Boecl.* Vind. Βέλεν recte ut videtur, namque hoc ipſum nomen ac pronunciationem barbaram exhibere, illud vero formam graecam ſonare videtur. Accedit, quod *Belenus* appellatur a Capitolino quem vid. c. 22. *Stroth.*

Ad Vopiſc. Aurelian. T. 2. p. 521. templum *Solis* magnificentiſſimum *conſtituit* Caſ. N. 3. „narrat Zoſimus (1, 61, 4., ubi in N. Reitm. laudata Salm. ſunt p. 506. N. 2.) Aurelianum in ea aede *Solis* et *Beli* ſimulacra dedicaſſe. ex quo apparet translatum eius numinis cultum e Syria“ ſed Salm. N. p. 522. a. i. „in omni Illyrico frequens fuit cultus Solis vel Apollinis quem *Belenum* vocabant. Tertullianus in Apologetico *Norici* deum *Belenum* facit, ubi ſingularum provinciarum tutelares, et πατρῴους deos enumerat. hinc veriſimili coniectura colligo matrem Aureliani *Beleni* ſacerdotem fuiſſe, nec enim alium deum Pannonii venerabantur, et omnes Illyrici, quam *Belenum*, qui et Sol et Apollo. eius quoque numinis cultus ap. Gallos praecipuus. — Aquileienſes etiam eum colebant, ut ſcimus ex Capitolino et Herodiano, qui Βέλινον nominat ἐπιχώριον θεὸν Aquileienſium. colligimus autem ex Vopiſci verbis, quae habentur huius vitae (p. 425. e. cum N. 2.) eamdem fuiſſe formam, et habitum Solis quem Illyrici adorabant, et eius quem Perſae venerabantur. *Belenus* igitur Illyricorum deus, et Mithra Perſarum, eiusdem formae et habitus fuerint oportet. — Mithra tunc temporis eodem habitu colebatur in Occidente, quo ap. Perſas, et in Oriente. a Perſis enim ſacra Mithriaca et omnem illius dei cultum acceperunt Romani Graeci que. atque hoc fortaſſe verius quam de Beleno.“

Sed ad Capitol. in Maximin. duob. c. 22. p. 51. e. quum *igitur* fruſtra *obſideret* Aquileiam *Maximinus*, legatos *in* eandem *urbem* miſit. *Quibus* populus *paene* conſenſerat, *niſi* Menophilus *cum* collega *reſtitiſſet*, dicens, *etiam* deum *Belenum* per *aruſpices* ſpopondiſſe, *Maximinum* eſſe *vincendum*. Unde *etiam* poſtea *Maximini* milites *iactaſſe* dicuntur, *Apollinem* contra *ſe* pugnaſſe, *nec* illam *Maximi* aut *ſenatus*, ſed *deorum* fuiſſe *victoriam*. Quod *quidem* idcirco *ab* his *fictum* eſſe *dicunt*, quod *erubeſcant*, armatos *ſe* paene *ab* inermibus *victos*, Salm. N. 1. deum *Bellenum*] *Belenum*, Palatinus, ad cuius oram gloſſae vice eadem manu adſcriptum eſt, *id eſt Martem*, (qui Gloſſator reſpexerit Lat., in fronte praemiſſum per duplex *ll.*) Apollinem tamen ſic dictum fuiſſe docet Herodianus, ap. quem ſcribendum: Βέλινον καλοῦσι, λ. Apollinem quoque paulo poſt vocat Capitolinus. falſus igitur illius gloſſulae auctor, nec bene Capitolinum legerat, (et modo reſpiciens Lat. in fronte praemiſſum per duplex *ll.*) Perperam Βέλιν καλοῦσιν in Herodiano legitur. ſcribendum Βέλινον. *Belinus* enim et *Belenus* dicebatur. vetus inſcriptio: *Belino* rel. In quibusdam, *Apollo* Belenus *Aquileienſis* appellatur“ tum Caſ. N. 2. „Herodianus: Βέλιν καλοῦσι λ. plura de hoc Gallorum, vel, ut ait Tertullianus, Noricorum deo, pridem viri docti. Lege Auſonianas Ioſ. Scaligeri et Inſcriptiones vett.“ Sic Sb. Ind. Lat. „Belis Aquileienſium numen, (hinc.) Capitolino *Belenus* in membr. m. ſ. Ubi ſcholion interlineare Martem interpretatur: Herodianus Apollinem: forſan παρὰ τὰ βέλη: ut βελένιον quoque ex eo dictum putatur, quod eius ſucco inficerentur iacula. Abellio diverſum numen, v. Ioſ. Scalig. Auſon. lect.

19 9. et Petr. Pith. Adverſ. 1, 4. S. Hieronym. in Eſaiae c. 46. Saturnum Belem facit: item que Iſidorus Etymolog. 8, 11. teſte Schott.«

Tum Sch. »Βέλις, *Belis*, nom. propr. dei patrii Aquileienſium, quem Apollinem eſſe volunt: deriv. a בעל *Baal*, dominus. Accuſ. Βέλιν.« Sed ad Iul. Caeſ. b G. 6, 17, 1. de Gallis, *deum* maxime *Mercurium* colunt. — *Poſt* hunc, *Apollinem*, et *Martem*, et *Iovem*, et *Minervam*, Voſſ. N. 1.« *Apollinem*] Belenum nuncupant, vel Belinum, ut ſatis notum: quin et Abellionem. — Colebatur etiam ab Aquileienſibus, uti diſcere eſt non modo ex Capitolino in vita Maximin. verum et Herodiano, qui l. 8. eum vocat Βέλιν, non ut caeteri Belinum: verba ſunt, Βέλιν δὲ καλοῦσι, τοῦτον σέβουσί τε ὑπερφυῶς. Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες, (per diſtinctiones has incommodas.) Sed vereor, ut integer locus ſit. Quid enim adeone incognitum Herodiano nomen Belini? praeſertim quod pluribus ſaxis inſcriptum Aquileiae fuiſſe certo conſtat. Nam Aquileiae et templum Beleni Apollinis, et deum ipſum ſummo honore cultum fuiſſe colligo tum ex verbis Herodiani, ubi oraculo Apollinis Belini confirmatos ait oppidanorum animos, qui obſeſſi alio contendere nequibant ad conſulendum, ſed maxime quod eum nuncupat ἐπιχώριον illius urbis θεόν: et denique etiam indicat haec inſcriptio Aquileiae exſtans: *Beleno* Aug. *Sacr.* rel. Videmus hic donum, quod L. Cornelius Beleno voverat, cum ipſe in Urbe, ſeu Romae eſſet, primo Aquileiam pertuliſſe. — Ad Herodianum redeo, et affirmo vix veriſimile videri, tam noto omnibus Belini nomine, eum Βέλιν ſcripturum fuiſſe. Quare emendo Βέλινον καλοῦσι τοῦτον, σεβ. τε ὑπερφυῶς. Quam facile enim potuit ex ο fieri δ, ex ν, ε. —Nunc demum video idem Salmaſio placuiſſe. Caeterum *Beleni* nomen factum ex בעל *baal*, aut *bel*, unde pluribus gentium diis vocabula ſua. Neque enim adeo cum Pithoeo errandum, ut credamus Belenum a iactu ſ. emiſſione radiorum id nomen accepiſſe. Nugae ſunt, — neque certius quidquam quam *Belenum*, ut dixi, venire a בעל rel.«

Porro ap. Grut. Lamp. T. 5. P. 2. in Iac. Nicol. Loenſ. Miſcell. p. 466. totum eſt cap. 15. »de deo Beleno. — Tertull. in Apol., recitans peculiaria regionum numina, inter cetera ſic loquitur: *Unicuique* etiam *provinciae* et *civitati* ſuus *eſt* deus, *ut* — Norico *Tibilinus* —. Nos autem non *Tibelenus* ibi legendum cenſuerimus, ſed *Dius Belenus.* — Id opinor non vana coniectura. Aquileienſium enim numen vocabatur *Belenus*, quod non urbi illi modo, ſed etiam toti Aquileienſium tractui commune erat, tum etiam Noricis Aquileienſium vicinis. Hoc numen Herodianus *Belem* vocat, alii *Belenum.* Herodiani verba l. 8. ſunt haec. καὶ χρησμ. — ὑπισχνουμένου. βέλιν δὲ καλ. τοῦτον· σεβ. δὲ (ſic) ὑπερφυῶς, Ἀπολλ. λ. (cum P. Vs., praeter *Belen*, pro quo edd. Lat. Pol., etiam illa Antwp., habent illud Bg. *Belem.*) At Iul. Capitolinus de eadem re loquens, *Bellenem* vocat, (ſic, ut tamen in ſubiecto iſtius loco ſequatur) *etiam* deum *Bellenum* (rel.; unde pr. nomen depravatum videtur.) *Belenum* autem hunc, non fuiſſe *Iovem Belum* declarant multae antiquae Inſcriptiones, ruinis Aquileiae inventae, praeterea id teſtantes, hoc numen longe late que a finitimis populis, et etiam longe diſſitis, donariis honoratum et cultibus. Ex quibus aliquot volui apponere, ut de deo *Belleno* (ſic) plenior notitia haberetur. *Belen.* Aug. (rel.) Sed alterum, quod manifeſte Apollinis nomen continet, imperfectum: *A*-

pollini. Beleno. *C.* Aquileienſ. *Felix.* — *Fonti.* Beleno. *C. Aquil.* (rel.) Ex quo liquet etiam colligere huic Beleno fontem fuiſſe ſacrum. Dicebatur et *Belinus*, quod duae aliae inſcriptt. teſtantur quarum prior haec eſt: *Belino.* Aug. (rel.) Et altera: *Beleno.* Sex. (rel.) Quo factum videri poteſt, ut inſcitia librariorum *e* in *i* ſaepe commutantium, ut in Tertulliano ſcriptum ſit *Dius Bilinus* pro *Deus Belenus*, quod deinde tranſcribentium inſcitia verterit in *Tibilenus.* Ex quib. etiam illud intelligitur, idolum hoc fuiſſe celeberrimum. — Uti tum non ſolum Aquileienſis oppidi incolae, ſed etiam quicunque illum tractum incolerent, Veneti, Aquileienſes agri Italici incolae et Norici. Sic ut *Noricorum* deus non inconcinne a Tertulliano ob id appellatus ſit, — quod maniſeſtius facit ſequens inſcriptio: *Beleno* Aug. (rel.) Neque ego adſentior illi, qui duo Aquileienſium numina *Belenum et Felenum* contendit, (Egnatius, v. T. 6. P. 2. p. 914. i.) quando loco *B* ſaepe digamma Aeolicum quod noſtro *F* correſpondet forma, poſuerint. Quod autem diximus, eundem hunc *Noricorum* et *Aquileienſium* deum eſſe, propterea quod Norici Aquileienſium tractui eſſent finitimi, id nemini mirum videri debet, cum tractus Aquileienſis Alpibus Iuliis contiguus fuerit, quibus ſuperatis, Noricorum campos patere. Sunt autem hodie partim *Baioarii*, partim *Carniocenſes*, partim *Carinthiani.* Ptolemaeus enim *Iulium Carnicum*, quod nunc *Gorlitiam* opinantur, Aquileienſibus vicinum Carnorum oppidum, medium inter Noricos et Aquileienſes locat. Sed et *Hemonam* Aquileia haud procul diſtantem, ad quam primum veniſſe Maximinum dicit Iul. Capitolinus, quam Herodianus *Emam* vocat. Idem Ptolemaeus inter Italiam ſub Norico Pannoniae civitatem *Hemonam* locat, quam tamen Herodianus, ut diximus, Italiae contribuit. Plinius vero *Aemonam* vocat. Sed omnem tollit dubitationem, quod idem Plin. *Hemonam*, quam alii Italiae tribuunt, ipſe Noricis adſcribat. Quod ſi verum eſt, vicini oportet Aquileienſium finibus fuerint Norici; quocirca nihil mirum, ſi numen quoque commune habuerint. Hanc *Hemonam* Antoninus in Itinerario ſub *Hemoniam* vocat.“

Praeterea e Graev. *Th. T. 6.* in Petri Berthaldi de ara libro ſingul. p. 403. c. 30. Nr. 14. „de Beleno ſ. Belino, — Inſcript. deo *Belatucadro* — Hunc vero eundem eſſe cum Beleno credibile eſt, (p. ſq. i.) *Belis* autem et *Belenus* Apollo eſt. Βέλιν, inquit Herodianus, δὲ καλ. τ. — ἐθέλοντες, (ib. B.) nec omnino obſtat tam varia ſive ſcriptio, ſive pronuntiatio, ſ. terminatio vocabulorum. Depravata enim plerumque ex Aſia in Europam, perinde ac ex Europa in Aſiam transmigrant, quae ſunt eiusmodi, ut non amplius ſit haeſitandum, quin ex uno Belo, i. e. ſole, ad morem priſcorum ridiculum invocato, innumeri illi tituli fuerint propagati.“

At Miſc. Obſ. A. V. 2. p. 175. „ſufficiet, obſervaſſe, hunc Belenum non Orientis, ſed Occidentis eſſe deum, Gallis et praecipue urbi Aquileiae proprium, in cuius vicinia multae tales Inſcriptiones inveniebantur, huic Beleno aut Belino dedicatae. Et de hac urbe ſermo eſt, cum Herodiani contextus, ut eum nunc habemus, hunc deum nominat Βέλιν, quod Salmaſius (Nota ad Capitol.) iure meritoque in Βέλινον mutavit, et haec lectio merito probatur ab erudito Epiſcopo Hadrienſi, Philippo a Turre, in longa et pulcra diſſert. de deo Belino aut Beleno, (in libr. de monumentis vet. Antii p. 255 - 288.) quam ſi lector conſulat: — liquebit quoque, in communi Gentilium Theologia et cultu, Apollinem deum plane diverſum eſſe a ſole; (iterum que ib. V. 9. p. 107. ad Op-

pian. ἀλιευτ. v. 126. text. ῥαδιναὶ, Cod. ῥαδὶν) Rutgerſius animadvertit, modo omiſſam eſſe alteram virgulam, ut exiſteret ῥαδιναὶ. qua negligentia ſaepe peccatum. Hinc ap. Herodianum 8, 3, 19. Βέλιν pro Βέλινον, quomodo recte legit Salmaſius ad Capitol. Maxim. c. 22."

Denique, praeter Dion. Ca. p. 1316. §. 45. ad ὁ Ζεὺς ὁ Βῆλος, ὀνομαζόμενος καὶ ἐν τῇ Ἀπαμείᾳ τῆς Ἀσίας τιμώμενος „idem Baal, Belus, Elabelus, Aglibolus, Iaribolus, Melachbelus" quoque Zanetti dedit tum ad Excpt. e Cod. Ve. in marg. „APOLLINI BELENO inſcriptio Aquileienſis Venetiis in aedibus Grimanis, (tum per litteras ad me, primum) Lectionem Βέλεν non Βέλιν, confirmant marmora Aquileienſia, et Herodiani locum illuſtrant; ut videre eſt ap. Philippum a Turre in opere: *Monumenta veteris Antii.* Romae edito, anno 1700. in 4. (deinde rurſus) De lectione verbi Βέλιν et Βέλεν audiendus eſt Philippus a Turre, clarus Foroiulienſium philologus, in praecipua Diſſertatione *de Beleno veterum Aquileienſium deo.* Romae edita an. 1700. cum aliis opuſculis. Plures adfert vir ille inſcriptiones inter rudera Urbis illius maiori ex parte inventas. Ex his unam tantum exſcribo, breviorem ſcilicet, et magis aptam, ut puto, quae Notis inſeratur.

APOLLINI
BELENO
C. AQVILEIENSIS
FELIX.

Exſtat hodie quoque Venetiis in aedibus Nobb. Grimanorum. Praeter eas aliae novem ſimiliter habentur ap. auctorem, quae conſtanter vocem BELENO prae ſe ferunt. Quatuor exinde ſunt, in quibus legitur BELINO, et in una tantum BILIENO. Ad eas ſic ſcripſit philologus: „In textu Graeco Herodiani, cuius verba recitavi, legitur Βέλιν. Salmaſius ad Capitol., loco itidem laudato, ſcribendum cenſet Βελῖνον. recte ad fidem noſtrorum lapidum. Diſcriminis cauſam puto, quod qui Belinum uſurparint, Graecam terminationem ſint ſequuti, qui vero Belenum, Romano more vocem extulerint, quod frequentius acceptum fuit, ut in ſaxis et Latinis ſcriptoribus apparet. Hinc verum nomen potius Belenum fuiſſe crediderim, et ex *E* in *I* tranſitione enatum Belinum. Nam eae voces *cum magnam habeant inter ſe communitatem*, ut inquit Varro de lingua Lat. l. 5. in ſcribendo et pronunciando altera in alterius locum immigrabat ap. antiquos, ex Agellio Noct. Att. l. 10. c. 24. Donato in Terentii Phorm. et Quinctiliano l. 1. c. 4. Exempla quae ad rem marmorariam pertinent peti poſſunt ex Gruteri Indice XIX et Notis Reineſii ad inſcript. 2. claſſis 1." Hactenus a Turre. Expende et elige."

In quibus Zanetti illud vocabulum, quo de quaeritur hic in textu noſtro, ſic dederat, ut obſcurum mihi eſſet, unum ne, an duplicem ſcripſiſſet accentum. In prima quidem vocis iſtius ſyllaba ſcriptum aliquid erat: ſed non poterat a me ſatis diſcerni, an iterum deletum. Et cum poſtea mors iſtius viri interrupiſſet commercium litterarum: non ab eo potui requirere, quid ſcripſiſſet. Qui autem habent ad manus diſſertationem, unde Zanetti ſcribebat, ipſam, facile illi invenient rem. Si igitur duplex ibi ſit accentus: habebimus iſtam, quam in Obſ. M. A. nominabant, virgulam alteram, quae, ut in compendio, poteſt continere ſyllabam ον, ut accipiamus illud Βέλινον, ſi prior virgula pro accentu putetur. Sin ſumas, accentus quondam de more defuiſſe, et Zanetti deleviſſe in prima ſyllaba errorem ſuum, cum

ab initio ſcripſiſſet accentum, qui eſt in edd. vulg., quoniam vidiſſet in diſſert. illa accentum alium: non ego iſtam figuram ceperim cum auctore pro accentu, nec ſcripſerim Βελίνον, ſed pro illo ον compendio. Sed quoniam haec ſine libro iſto exſigno, et tot ſunt in h. l. ſententiarum divortia: in vetere lect. nihil dum licuit novare.

Caeterum beat. Ern. in m. ed. Par. alleverat haec „v. Salmaſ. ad Capit. Maximin. 22. Dorvill. Obſ. Miſc. V. 9. p. 107."

8, 5, 10. e.

Super v. ἀσκεῖν, praeter allata diverſis ſupra locis, corollarium damus hoc, primo in act. et paſſ. univerſe, per varias vel notiones, vel rectiones, Suid. 1, 351. m. 354. m. 2, 81. m. Hſy. 1, 572. P. p. ſq. i. 1661. e. Suic. Bud. C. 436, 8. ſqq. Poſſ. Ca. Abr. ad Ae. T. 1. Koen. Grg. Ind. Sb. Rs. O. V. 7. Dem. Hrdt. Luc. cum Ind. in N. Dion. Ca. Ioſ. v. ἠσκ. Xen. Z. Pol. 'Αvβ. Bach. Cyr. cui add. 1, 5, 8. ſq. 1, 6, 26. (ſed cum adv. εὖ ib. §. 18.) 2, 1, 21., tum nominatim pro facere, elaborare, rel., phyſice, de variis rebus, etiam de lana, Hom. cui add. 'Οδ. γ', 438., ſed cum adv. εὖ 'Ιλ. κ', 438. ψ', 743., ut in v. ipſo non per ſe ſit notio illa ſecundaria; porro in paſſ. cum abl. veſtimenti, πέπλῳ, rel. D'Arn. An. Cr., ſed abſolute ἀσκητέον Foeſ. „certandum, luctandum" tum pro exercere, phyſice, in act. Dd. S. et Call., ſed peculiari modo ap. Phil. p. 759. E. m. αὐτὸν — εἰς ἀκόλουθον ἀσκήσας, *ſubornatum* ſervili *habitu*, immo *pro* ſervo *inſtruens*, adornans, ſubornans; tum act. tropico ſenſu, varie Plut. Hs., ſed cum acc. rei, τὴν ψυχὴν Iſ. Ev., porro virtutis vitii que Phoc. Bg. ad Ar. Plut. v. 47. in Harl. Chr. Hs. ad Plut. p. 117. e. Di. H. S. T. 1. Iſ. Pan. M. p. 54. m., denique per ellipſ. pron. ἑαυτὸν, etc., pro Lat. *exercere ſe*, ſ. *exerceri*, tacente L. Boſ. p. 101. ſqq., tropice, phyſice, L. N. T. (ubi cum inf.) Raph. Polb. cum Rsk. ad eund. et Caſ. ad Suet. Aug. c. 98., ſed cum pr. πρὸς πόνον ἀ. Epict. et εἰς Νεμέαν Ael. V. h.

8, 5, 13.

Similiter ad paſſ. v. πολιορκεῖσθαι addimus ſymbolam hanc, ubi proprie habetur de loco que, ſine Ind. Rs. O. V. 3. p. 553. Dem. 11, 19. 14, 16. 139, 7. (ubi add. in act. 96, 22. 124, 2. 254, p. et cum acc. perſ. 257, 11.) ſed de perſ. varia et notione et rectione, ib. 251, 8. Rs. O. V. 6. Xen. Cyr., ubi add. 7, 5, 7. 'Αvβ. 6, 3, 11. ſq. ej. Mem. S. Polb. 1, 829. m. Di. H. S. T. 1. Ael. V. h. Luc. Poſſ. Ca. cuius locus e Dem. partim modo reperitur 764, 23., porro Thuc. 84, 92. ſecundum quidem Gs. Chr., ubi tamen ed. Duk. ἐκπολ. ſine Var. L., tum Abr. Dl. p. 330. e. cum Ind. it. ej. Auct., de navibus adeo, ut ap. Iſ. Pan. M. p. 102. m.

Tum non reperi praeterea gen. νηῶν ap. proſaicos, per Indd. quidem, at, ſi qui eſſent ſeveri, eos ponere triplicis generis ac thematis caſus, atque adeo ſeparatos, qui haberent in prima ſyllaba vocalem α, aut ε, aut η, contra alios miſcere omnia, et ſub nominativo in α et illo ναῦς afferre caeteras formas binas. Sic in Homerico ſeparatim ſtabant ex ordine elementorum ναῦφι et ναῦφιν, tum, ſine nominativo, ſing. gen. νεώς, plur. νέες, νεῶν, νέεσσι, νέας, tum νηῦς, νηός, νηΐ, cui add. 'Ιλ. κ', 570. it. νῆ' et νῆα, νῆες, νηῶν, νήεσσι, et νηυσὶν ſ. νηυσὶ, et νῆας, ubi add. 'Ιλ. κ', 281. Qui caſus ſuo ordine et ſunt ap. Hſy. 2, 638. m. e. 659. e. 669. m. 672. e. p. ſq. i. m. 674. i. m. p. ſq. m. 677. m. 680.

